Universitätsbibliothek Mannheim

Peri tēs tu pantos physeōs

Ocellus <Lucanus>
Nogarola, Ludovicus

[Heidelberg], 1596

urn:nbn:de:bsz:180-digad-5627

Visual Library

ΩΚΕΛΛΟΣ
Ὁ ΛΕΥΚΑΝΌΣ
ΦΙΛΌΣΟΦΟΣ
Περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως.

OCELLVS LVCANVS
PHILOSOPHVS
DE VNIVERSI NATVRA,

interprete

LVDOVICO NOGAROLA

Com. Veronensi.

Eiusdem NOGAROLAE *Annotationes in* OCELLVM, *& Epistola de uiris illustribus Italis qui Græcè scripserunt.*

EDITIO TERTIA, collatione exemplarium melior facta.

In bibliopolio Hieronymi Commelini.

∞ D XCVI.

UB Mannheim

DE OCELLO LVCANO PHILO IVDAEVS IN libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, id est, de Mundo non interituro, sic meminit.

ΕΝΙΟΙ δ' οὐκ Ἀριστοτέλη τῆς δόξης εὑρετὴν λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων τινάς. ἐγὼ δὲ τῷ Ὠκέλλου συγγράμματι Λευκανοῦ γένος ἐπιγεγραμμένῳ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἐνέτυχον, ἐν ᾧ ἀγένητόν τε καὶ ἄφθαρτον, οὐκ ἀπεφαίνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἀποδείξεως κατεσκεύαζεν τὸν κόσμον εἶναι.

Cæterum sunt qui tradant opinionis huius non Aristotelem primum auctorē, sed Pythagoreos quosdam fuisse. At mihi Ocelli genere Lucani inscriptum de uniuersi natura commentarium oblatum est, in quo quidem mundum esse ingenitum, & nunquam interiturum non solum protulit, uerum etiam exquisitissimis rationibus comprobauit.

Lucianus quoque vbi agit ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος, quod est de errato in salutatione, ita scribit (quamuis non nominet ὤκελλον, sed οἴκελλον.)

Ὁ μέντοι θεσπέσιος ὁ Πυθαγόρας εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Οἰκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, οὔτε τὸ εὖ πράττειν προὔγραφον, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευσεν. id est, *Diuinus quidem*

Pythagoras, tametsi nullam nobis reliquit literam, ut ex Ocello Lucano, & Archyta, aliisque eius discipulis licet coniicere, non εὖ πράττειν, id est, bene agere, scribendi debere, sed ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν, id est, ab ipso ualere, incipiendum esse praecepit.

Diogenes item Laertius quandam Archytae Tarentini, quae est ad Platonem, epistolam vitae illius inseruit, in qua hunc philosophum non Ocellum, sed Vcellum nuncupat, ac nonnullos eiusdem recenset libros.

Καλῶς ποιεῖς, ὅτι ἀποπέφευγας ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας. ταῦτα γὰρ ἐπέσταλκας, καί τοι περὶ Δαμασκωνὸν ἀπήγγηλον. περὶ δὲ τῶν ὑπομνημάτων ἐπεμελήθεμες, καὶ ἀνήλθεμες ὡς Λευκανώς, καὶ ἐνετύχομες τοῖς Οὐκέλλω ἐγγόνοις. τὰ μὲν οὖν περὶ νόμων, περὶ βασιλείας καὶ ὁσιότητος καὶ τῆς παντῶν γενέσιος αὐτοί τε ἔχομες καὶ τινὰ ἐπεστάλκαμες. τὰ δὲ λοιπὰ οὔτινωγε δύναται εὑρεθήμεν· αἰ δὲ εὑρεθῇ, ἥξει τι.

Hanc ita conuerti:

Bene quidem est, quod à morbo euaseris. Hoc enim ex tuis literis accepi, & Damascenus nunciauit. De commentariis studiosè egimus: ad Lucanos accessimus, ibique conuenimus Ocelli nepotes. Quae ab eo de Legibus, de Regno, Iustitia, omniúmque rerum ortu scripta fuerunt, & ipsi habemus, & ex his quaedam ad te misimus. Reliqua etiam nunc reperiri non possunt. si inuenta fuerint, ad te perferentur.

Plato deinde respondens Archytae, Ocellum, quamuis suppresso eius nomine, maximè laudat: dicítque Ocelli maiores fuisse Troianos, probos quidem viros, qui exules sub Laomedõte Rege, Myram Lyciae ciuitatem commigrauerint. In Platonis Epistola his verbis

scriptum

ſcriptum eſt.

Τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόντα ὑπομνήματα θαυμαστῶς ἀσμένοι τε ἐλάβομεν, καὶ τοῦ γράψαντος αὐτὰ ἠγάσθημεν, ὡς ἔνι μάλιστα. καὶ ἔδοξεν ἡμῖν ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων τῶν παλαιῶν προγόνων. λέγονται γὰρ οἱ ἄνδρες οὗτοι Μυραῖοι εἶναι. οὗτοι δ᾽ ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων Τρώων, ἄνδρες ἀγαθοί, ὡς ὁ παραδεδομένος μῦθος δηλοῖ.

Ioannes Picus Mirandulanus Comes libro primo contra Aſtrologos.

Cur & Ocellus idem Lucanus in libro de Mundo, teſtimonio etiam ipſe Platonis eminentiſſimus.

Cum Archytas in epiſtola ſua Ocelli opuſculum de omnium rerum ortu cum aliis tribus enumerat, hoc ipſum quod Latinum feci, intelligi oportet. Hæc enim duo idem valent, τὸ περὶ τῆς πάντων γενέσιος, & τὸ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως: nam & generatio naturæ nomen obtinuit, quippe quæ in naturam ferat tanquam via. quod non ignorauit Ariſtoteles, cum ita ſcripſit libro ſecundo de Naturali Auditione:

Ἔτι δ᾽ ἡ φύσις ἡ λεγομένη ὡς γένεσις, ὁδὸς ἐστὶν εἰς τὴν φύσιν.

OCELLVS LVCANVS

De Vniuerso. Cap. I.

OCellvs Lucanus de vniuersi natura conscripsit hæc, quæ quidem ille partim certis indiciis ab ipsa edoctus natura, partim opinatione & ratione ab intelligentia quod probabile est, coniectura secutus dedicerat.

Vniuersum quidem, vt ego arbitror, nec interiturum vnquam est, nec vllum aliquando habuit ortum: cùm fuerit semper futurúmque sit. si enim tempori subditum foret, haud sanè esse perpetuo posset. ita igitur fit, vt & ingenitum sit, & item non interiturum. Nam si quis ipsum esse generatum ortu existimet, certè nullo modo in quod dissoluatur & desinat, inuenire poterit. prima siquidem vniuersi portio illa existet, ex qua primo genitum fuerit: vltima, in quam postremum dissipabitur.

At verò vniuersum si generetur, cum omnibus partibus simul generetur, & si intereat,

ΩΚΕΛΛΟΣ Ο ΛΕΥΚΑΝΟΣ

περὶ τοῦ παντός. κεφ. α.

ΤΑ'ΔΕ συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς, περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ἐκμαθών· τὰ δὲ καὶ δόξῃ μετὰ λόγου τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος.

Δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγένητον· ἀεί τε γὰρ ἦν, καὶ ἔσται. εἰ γὰρ ἐγγεγονον, οὐκ ἂν ἔτι ἦν. οὕτως οὖν ἀγένητόν τε τὸ πᾶν καὶ ἀνώλεθρον. εἴτε γὰρ, εἰ γενόμενόν τις αὐτὸ δοξάζει, εὕροιτο ἂν εἰς ὃ φθαρείη καὶ διαλυθείη. ἐξ οὗ γὰρ γέγονεν, ἐκεῖνο πρῶτον τοῦ παντός ἐστιν. εἰς ὅ τε πάλιν φθαρήσεται, ἐκεῖνο ἔσχατον τοῦ παντὸς ἔξεσται.

Τό γε δὲ πᾶν γινόμενον, σὺν πᾶσι γίνεται· καὶ τὸ φθειρόμενον, σὺν πᾶσι φθείρεται· καὶ

τούτου γε δὲ ἀδύνατον. ἄναρχον ἄρα καὶ ἀτελεύτητον τὸ πᾶν. οὐ μὴν οἷόν τε ἄλλως ἔχειν ἢ οὕτως.

Πᾶν τε τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφὸς, καὶ διαλύσεως ὀφεῖλον κοινωνῆσαι, δύο ἐπιδέχεται μεταβολάς· μίαν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. καλεῖται δὲ τὸ μὲν ἀφ' οὗ περ ἂν ἄρξηται μεταβάλλειν, γένεσις· τὸ δὲ εἰς ὃ ἀφικνεῖται, ἀκμή. δευτέραν δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. τὸ δὲ συμπέρασμα τῆς μεταβολῆς ταύτης ὀνομάζεται φθορὰ καὶ διάλυσις.

Ἐὰν οὖν καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν γεννητὸν ἐστὶν καὶ φθαρτὸν, γενόμενον, ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον μετέβαλε, καὶ ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. ὥστε καὶ ἀπὸ (τοῦ) μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον μεταβαλεῖ, καὶ ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. Γενόμενος ἄρα ὁ κόσμος αὔξησιν ἔλαβε καὶ ἀκμὴν, καὶ πάλιν λήψεται φθίσιν καὶ τελευτήν. ἅπασα

γὰρ

intereat, pariter cum iiſdem intereat opus eſt. hoc autem fieri nequit. vniuerſum igitur principio caret & fine, nec eueniet vt aliter quàm hoc modo, ſe habeat.

Ad hæc autem quidquid generationis initium acceperit, & diſſipationis particeps futurum ſit, id duas habeat mutationes neceſſe eſt: quarum ſane altera à re minore in maiorem, & à deteriore in meliorem progreditur, ac generetatio quidem dicitur: vnd? mutationis origo ducta ſit, ſtatus, in quod illa ipſa peruenerit: altera vero à re maiore ad minorem, & à meliori in deterius efficitur. Huius autem mutationis exitus, ſiue concluſio, interitus & diſſolutio nuncupatur.

Hac igitur ratione ſi vniuerſum & totum genitum interiturumque ſit, illud à minori ad maius, & à deteriori in melius neceſſario mutatum fuerit. Ex quo etiam eueniet, vt eiuſdem mox à maiori ad minus & à meliori in deterius ſequatur mutatio. Mundus itaque ſi genitus ſit, vt accretionem & ſtatum accepit, ſic decretionem & finem poſtea ſuſcipiet. Nam omni

naturæ, quæ progreſſionem habet, termini quidem tres, & duo attribuuntur interualla. Termini profecto ſunt generatio, ſtatus, & interitus: interualla vero, quod inter generationem & ſtatum, quódque inter ſtatum & finem medium interiectúmque eſt.

Verum enimuero totum, & vniuerſum hoc, nullum ex ſe nobis huiuſmodi indicium præbet: neque enim oriri ipſum vnquam vidimus, nec melius aut maius fieri, nec certe deterius aut minus euadere: ſed vnum ſemper & idem permanere, ſibíque par & ſui ſimile ſemper exiſtere.

Huius ſanè rei ſigna habentur & indicia, & ea quidem perſpicua, ordines ſcilicet, ſymmetriæ, figuræ, ſitus, interualla, facultates, celeritates tarditatéſque motuũ, eorúmque inter ſe proportiones, numeri præterea, & viciſſitudines, commutationéſque temporum. Eiuſmodi enim omnia, vt mortalis hæc & generationi obnoxia progreditur natura, mutationem diminutionémque ſuſcipiunt. ac quæ maiora quidem, & potiora fuerint, ſtatum ipſum propter vigorẽ: quæ autem minora

dete-

γιγνομένων φύσις, ἡ ἔχουσα διέξοδον, ὅρους ἔχει τρεῖς καὶ δύο διαστήματα. ὅροι μὲν οὖν εἰσὶ τρεῖς, γένεσις, ἀκμή, τελευτή· διαστήματα δὲ δύο, τό τε ἀπὸ τῆς γενέσεως μέχρι τῆς ἀκμῆς, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκμῆς μέχρι τῆς τελευτῆς.

Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν, οὐδὲν ἡμῖν ἐξ αὑτοῦ παρέχεται τεκμήριον τοιοῦτον· οὔτε γὰρ γιγνόμενον αὐτὸ εἴδομεν, οὔτε μὲν ἐπὶ (τὸ) βέλτιον καὶ τὸ μεῖζον μεταβάλλον, οὔτε χεῖρόν ποτε ἢ μεῖον γιγνόμενον· ἀλλ᾽ ἀεὶ κατὰ ταὐτὸ καὶ ὡσαύτως διατελεῖ καὶ ἴσον καὶ ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτῷ.

Τὰ σημεῖα δὲ καὶ τεκμήρια αὐτοῦ ἐναργῆ (αἱ) τάξεις, (αἱ) συμμετρίαι, σχηματισμοί, θέσεις, διαστάσεις, δυνάμεις, ταχύτητες πρὸς ἄλληλα καὶ βραδύτητες, ἀριθμοὶ γενῶν καὶ χρόνων περίοδοι. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα μεταβολὴν καὶ μείωσιν ἐπιδέχεται, κατὰ τὴν τῆς γεννητῆς φύσεως διέξοδον. τῇ μὲν γὰρ ἀκμῇ διὰ τὴν δύναμιν τὰ μείζονα καὶ τὰ βελτίονα παρέπεται, τῇ δὲ

φθίσει διὰ τὴν ἀσθένειαν τὰ μείονα καὶ χείρονα.

Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον. διὰ γὰρ τοῦτο, καὶ τῆς προσηγορίας ἔτυχε ταύτης ἐκ τῶν ἁπάντων διακοσμηθείς. σύστημα γάρ ἐστιν τῶν ὅλων φύσεων αὐτοτελές, καὶ τέλειον· ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν· εἰ γάρ τι ἐστίν, ἐν τῷ παντί ἐστι, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πᾶν, καὶ σὺν τούτῳ (τὸ) πάντα ἔχειν, τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δὲ ὡς ἐπιγεννήματα.

Τὰ μὲν οὖν ἐμπεριεχόμενα τῷ κόσμῳ, πρὸς τὸν κόσμον ἔχει τὴν συναρμογήν· ὁ δὲ κόσμος πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ᾽ αὐτὸς πρὸς ἑαυτόν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα, τὴν φύσιν οὐκ αὐτοτελῆ ἔχοντα συνέστηκεν, ἀλλ᾽ ἐπιδεῖται τῆς πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐχόμενα συναρμογῆς. ζῷα μὲν πρὸς ἀναπνοήν, ὄψις δὲ πρὸς τὸ φῶς, αἱ δὲ ἄλλαι αἰσθήσεις, πρὸς τὸ οἰκεῖον αἰσθητόν· τὰ δὲ φυτὰ πρὸς τὸ φύεσθαι· Ἥλιος δὲ καὶ σελήνη, καὶ οἱ πλανῆτες

καὶ

deterioráque ſunt, interitum præ imbecillitate conſequi ſolent.

At totius & vniuerſi nomine totum hunc mundum intelligo: nam ob id quod vniuerſitate rerum diſtinctus ornatúsque ſit, appellationem hanc adeptus eſt. Perfecta enim & abſoluta quædam naturarum omnium collectio eſt, extra quam nihil prorſus conſiſtit, ſed quidquid fuerit, illud in vniuerſo, & cum vniuerſo comprehendatur oportet: cuius ſanè proprium videtur eſſe, omnia velut partes, velut res aduentitias, & externas continere.

Atque ea quidem, quæ Mundus complectitur, cum Mundo: Mundus vero cum nulla alia re, quàm cum ſe ipſo cognationem & conſenſum habet. Sed cum ſingulæ quæque res ex diminuta & minime perfecta conſtent natura, neceſſario factum eſſe videtur, vt externo adhuc illæ adminiculo egeant, atque cum iis quæ ſibi proximæ fuerint, coniungi copularíque debeant; vt animalia quidem cum aere ad reſpirandum, aſpectus oculorum cum lumine, ac reliqui pariter ſenſus cum re, & ea quidem propria, quæ vnicuique eorum obiicitur. Stirpes item & plantæ cum terræ ſucco, cuius vi pullulant & creſcunt. Sol quoque, Luna, & ſtellæ tam inerrantes

quam vagæ, cum Mundo, quem ipsæ tanquam partes distinguunt, atque exornant cognatione quadam iunctæ & continentes sunt. Mundus vero non nisi cum se ipso coniungitur & coalescit.

Quin etiam ex his facile intelligi poterit, id esse verum, quod dicimus. Nam & ignis cùm aliis rebus impartiendi caloris vim habeat, ipse ex seipso calidus est. Mel quoque quod sua nos dulcedine potest afficere, suapte natura dulce suauéque est. Similiter exquisitarum rationum principia, quæ res occultas demonstrant, ipsa ex se ipsis perspicua caráque sunt. pari modo quod aliis rebus causa est, cur perfectę sint, id sua vi perfectum absolutúmque est. Quod item efficit, vt alia seruentur ac permaneant, ipsum sua sponte saluum itidem est, ac permanens: atque quod aliis rebus conuenientiam, & concentum præbet, illud sua natura aptum concinnúmque est. Mundus igitur cum sit in causa cur existant aliæ res, seruentur, & perfectionem habeant, iccirco sua vi sempiternus est, æternóque permanens tempore, atque ob eam rationem habetur auctor, cur aliæ quoque res perpetuo durent, & consistant.

Omnino

καὶ (οἱ) ἀπλανεῖς κατὰ τὸ μέρος μὲν τῆς (κοινῆς) διακοσμήσεως αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἀλλὰ πρὸς αὐτοῦ.

Ἔτι δὲ καὶ οὕτως εὔγνωστον ἔσται τὸ λεγόμενον, ὅτι ἀληθές ἐστι. τό τε γὰρ πῦρ ἑτέρῳ θερμαντικὸν ὄν, αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ θερμόν ἐστι. καὶ τὸ μέλι γλυκαντικὸν γινόμενον, αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ γλυκύ ἐστι. καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων τῶν ἀφανῶν σημαντικαὶ οὖσαι, αὐταὶ ἐξ ἑαυτῶν ἐμφανεῖς τε καὶ γνωστικαί εἰσιν. οὕτως οὖν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς αὐτοτελείας, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ αὐτοτελές ἐστι· καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς σωτηρίας καὶ διαμονῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ σωζόμενον καὶ διαμένον ἐστί. καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς συναρμογῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ συνηρμοσμένον ἐστίν. ὁ δέ γε κόσμος, αἴτιός ἐστι τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι καὶ τοῦ σώζεσθαι, καὶ τοῦ αὐτοτελῆ εἶναι· αὐτὸς ἄρα ἐξ ἑαυτοῦ ἀΐδιός ἐστι καὶ αὐτοτελής, καὶ διαμένων τὸν πάντα αἰῶνα, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο τοῖς ἄλλοις παραίτιος γινόμενος τῆς διαμονῆς (τῶν ὅλων.)

Ὅλως δ' εἰ καὶ διαλύεται τὸ πᾶν, ἤτοι εἰς τὸ ὄν, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν διαλυθήσεται. καὶ εἰς μὲν τὸ ὄν, ἀδύνατον· οὐ γὰρ ἔσται τοῦ παντὸς φθορά, ἐὰν εἰς τὸ ὂν διαλύηται· τὸ γὰρ ὄν, ἤτοι τὸ πᾶν, ἢ τὸ μέρος τί ἐστι τοῦ παντός· καὶ εἰς μὴν οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὄν. ἀμήχανον γὰρ τὸ ὄν, ἀποτελέσθαι, ἐκ τῶν μὴ ὄντων, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι. ἄφθαρτον ἄρα καὶ ἀνώλεθρον τὸ πᾶν.

Εἰ δὲ καὶ δοξάζοι τις αὐτὸ φθείρεσθαι, ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἔξω τοῦ παντός, φθαρήσεται δυναστευόμενον, ἢ ὑπό τινος τῶν ἐντός, οὔτε δ' ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν. ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντός, οὐδέν· τὰ γὰρ ἄλλα πάντα ἐν τῷ παντί, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὁ Κόσμος· οὔτε ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ. δεήσει γὰρ ταῦτα μείζονα (τε) καὶ δυναμικώτερα εἶναι τοῦ παντός. τοῦτο δ' οὐκ ἀληθές. ἄγεται γὰρ τὰ πάντα ὑπὸ τοῦ παντός, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ σώζεται καὶ συνήρμοσται, καὶ βίον ἔχει καὶ ψυχήν. εἰ δὲ οὔτε ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν, οὔτε ὑπό τινος τῶν ἔνδοθεν φθαρήσεται τὸ πᾶν.

ἄφθαρ-

Omnino autem si ipsum vniuersum intereat, illud aut in id quod est, aut certe in nihilum dissipetur; oportet. in id quod est, fieri nequit, siquidem vniuersitatis rerum non erit interitus, si in id quod est, fiat dissolutio. nam id quod est, aut ipsum vniuersum, aut vniuersi portio existit. Neque vero in nihilum, cum fieri non possit, vt id quod est, aut ex nihilo fiat, aut in nihilum abeat. æternum igitur, nec vllo modo internitioni obnoxium est vniuersum.

At si quis ipsum esse interiturum existimet, id profecto vel ab externa, vel ab interiore causa victum dissoluetur, sed non ab externa, cum extra vniuersum nihil sit, siquidem cætera omnia in vniuerso continentur, ac totum & vniuersum idem habetur quod Mundus, neque etiam ab iis quæ in eo sunt. maiora enim & valentiora esse oportebit, quàm ipsum vniuersum. quod tamē falsum esse perspicuū est. cum omnia ab vniuerso agantur moueantúrque, & secundum hoc ea etiam seruentur, & coagmentata sint, vitámque & animam habeant. Quod si nec interioris nec externæ causæ vi interiturum est vniuersum,

Mundus, quem eundem esse quod vniuersum, censemus, nunquam destruetur nec dissipabitur.

Iam vero vniuersa natura si tota spectetur, successionis continuationem à primis & maxime honorandis partibus proportione quadam auferre videtur, eámque attenuare, & cunctis rebus mortalibus adiungere, propriæ constitutionis progressionem suscipiens (nam prima quæ mouentur, corpora eadem atque eodem modo suum orbem conficiunt) progressionem dico, non quæ deinceps & continenter nec mutato loco, sed quæ facta ex alio in aliud mutatione effici solet.

Ignis enim si in vnum cogatur, & densescat, aerem, aer aquam, aqua terram producit: à terra vicissim idē vsque ad ignem à quo cœperat mutatio, circuitus agitur. Arbores vero fructum ferentes, & stirpium plurimæ ex seminibus sui ortus initium habent, fructus vero producti, & iam perfecti rursus ab eodem in idem commeante natura dissoluuntur.

At ho-

ἄφθαρτος ἄρα καὶ αἰώλεθρος ὁ κόσμος· τοῦτο γὰρ ἔφαμεν εἶναι τὸ πᾶν.

Ἔτι δὲ καὶ ὅλη δι᾽ ὅλης ἡ φύσις θεωρουμένη τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τιμιωτάτων ἀφαιρεῖ κατὰ λόγον ἀπομαραινομένη τὸ συνεχές, καὶ προσάγουσα ἐπὶ πᾶν τὸ θνητὸν καὶ διέξοδον ἐπιδεχομένη τῆς ἰδίας συστάσεως· τὰ μὲν γὰρ πρῶτα κινούμενα κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως κύκλον ἀμείβει· διέξοδον, οὐκ ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς, οὐ μὲν τὴν κατὰ τόπον, ἀλλὰ τὴν κατὰ μεταβολήν.

Πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἓν συνερχόμενον, ἀέρα ἀπογεννᾷ, ἀὴρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν· ἀπὸ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ περίοδος τῆς μεταβολῆς (μέχρι πυρὸς) ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν. οἱ τε καρποὶ, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ῥιζοφύτων ἀπὸ σπερμάτων αἱ ἔλαβον τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως, καρπωθέντα δὲ καὶ τελεσφορήσαντα, πάλιν ἐπὶ (τὸ) σπέρμα τὴν ἀνάλυσιν ποιεῖται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν διέξοδον ἐπιτελουμένης τῆς φύσεως.

ΟἹ δὲ ἄνθρωποι καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα μᾶλλον ὑποβεβηκότως τὸν καθόλου ὅρον τῆς φύσεως ἀμείβουσιν. (οὐ γάρ ἐστιν ἐπανακάμψις αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν,) οὐδὲ ἀντιπαρείσασις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα, καθάπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος καὶ γῆς, ἀλλὰ τὸν διὰ (τῶν) τεσσάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσαντα καὶ τὰς μεταβολὰς τῶν ἡλικιῶν, διαλύεται καὶ ἀπογίνεται. Ταῦτα οὖν ἐστὶ σημεῖά τε καὶ τεκμήρια τοῦ τὸ μὲν ὅλον καὶ τὸ περιέχον μένειν ἀεὶ καὶ σώζεσθαι, τὰ δ᾽ ἐπὶ μέρους καὶ ἐπιγινόμενα (αὐτοῦ) φθείρεσθαι καὶ διαλύεσθαι.

Ἔτι δὲ τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον, καὶ τοῦ σχήματος καὶ τῆς κινήσεως καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῆς οὐσίας, τοῦτο πιστοῦται διότι ἀγένητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος. ἥτε γὰρ τοῦ σχήματος ἰδέα, κύκλος. οὗτος δὲ πάντοθεν ἴσος καὶ ὅμοιος. διόπερ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος. ἥτε τῆς κινήσεως κατὰ κύκλον. αὕτη δὲ ἐστὶν ἀμετάβατος καὶ ἀδιέξοδος. ὅ τε χρόνος (ὁ) ἄπειρος, ἐν ᾧπερ ἡ κίνησις, διὰ τὸ μήτ᾽

ἀρχὴν

At homines & cætera animalia humiliore quadam ratione communẽ naturæ explent terminum. non enim ad primam ætatem reflectuntur, & redeunt, nec contrarii circunſtantiæ quemadmodum ignis & aer, aqua & terra, viciſſim mutantur, ſed cum per quatuor, qua diſpartitum orbem, & mutationes ætatum confecerint, diſſoluuntur & pereunt. hæc ſunt igitur ſigna & indicia vniuerſum quidem ipſum, quod omnia continet, permanere, & conſeruari ſemper, ſingulas eius partes & res aduentitias interire & deſtrui.

Prætea vniuerſi figura, motus, tempus & ſubſtantia, cum huiuſmodi ſint, vt principium non habeant, neque finem, nobis fidem faciunt, qua ratione mundus nec genitus, nec interiturus ſit. Nam figuræ forma globoſa eſt, vndequaque par, & ſui ſimilis. quapropter forma hæc principio caret & fine. Motionis quoque illud eſt genus, quod in orbe fertur: firmum & ſtabile & priſtinum ſtatum nunquam deſerens. Tempus item eſt infinitum, in quo verſatur motus. nam ipſum vt ſui motus non

accepit initium, ſic nec finem accepturum eſt. Poſtremo eius ſubſtantia nec augeſcere, nec mutari poteſt. quippe quæ nec à deteriori in melius, nec contra à meliori in deterius ſua natura mutabilis ſit. Ex iis igitur omnibus facile credi poteſt, nec mundi ortum fuiſſe, nec interitum fore. Ac de toto quidem & vniuerſo hactenus ſatis.

Caput II.

VErum cum in vniuerſo duæ exiſtant res, quarum altera generatio, altera generationis habetur cauſa; ac generatio quidem ea eſſe videatur, in qua res ipſæ mutantur, & id quod ſunt eſſe deſinunt: generationis vero cauſa, vbi ſubiecta res eadem ſeruatur & permanet: hanc ſanè efficiendi, & mouendi, illam vero accipiendi & patiendi vim habere perſpicuum eſt.

Fata autem ipſa impatibilem atque immobilem mundi partem diſtinguunt & ſeparant, nam Lunæ curſus inter immor-

ἀρχὴν εἰληφέναι τὸ κινούμενον, μήτε τελευτὴν λήψεσθαι. εἴ γε μὴν οὐσία τῶν πραγμάτων ἀνέκβατος καὶ ἀμετάβλητος, διὰ τὸ μήτε ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον, μήτε ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον πεφυκέναι μεταβάλλειν. ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων σαφῶς πιστοῦται, ὅτι ὁ κόσμος ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος. καὶ περὶ μὲν τοῦ ὅλου καὶ τοῦ παντὸς ἅλις εἰρήσθω.

Κεφάλαιον β.

ΕΠεὶ δὲ ἐν τῷ παντὶ, τὸ μέντοι γένεσις, τὸ δὲ αἰτία γενέσεως· καὶ γένεσις μὲν, ὅπου μεταβολὴ καὶ ἔκβασις τῶν ὑποκειμένων· αἰτία δὲ γενέσεως, ὅπου ταυτότης τοῦ ὑποκειμένου· φανερὸν ὅτι περὶ μὲν τὴν αἰτίαν τῆς γενέσεως τὸ ποιεῖν καὶ (τὸ) κινεῖν ἐστί. περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν, τό τε πάσχειν καὶ τὸ κινεῖσθαι.

Αἱ δὲ μοῖραι αὗται διορίζουσι καὶ τέμνουσι τό τε ἀπαθὲς μέρος τοῦ κόσμου καὶ (τὸ) ἀκίνητον· ἰθμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας καὶ

γενέσεως ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος· τὸ μὲν ἄνωθεν ὑπὲρ ταύτης πᾶν, καὶ τὸ ἐπ' αὐτὴν θεῶν κατέχει γένος· τὸ δ' ὑποκάτω σελήνης, νείκους καὶ φύσεως. τὸ μὲν (γάρ) ἐστιν ἐν αὐτῇ διαλλαγὴ γεγονότων, τὸ δὲ γένεσις ἀπογεγονότων.

Ἐν ᾧ δὲ μέρει τοῦ κόσμου φύσις τε καὶ γένεσις ἔχουσι τὴν δυναστείαν, τρία δεῖ ταῦτα ὑπάρχειν· πρῶτον μὲν τὸ πρὸς ἁφὴν ὑφιζόμενον σῶμα πᾶσι τοῖς εἰς γένεσιν ἐρχομένοις. τοῦτο δ' ἂν εἴη πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως, οὕτως ἔχον πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν γινόμενα, ὡς ὕδωρ πρὸς χυλόν, καὶ ψόφος πρὸς σιγήν, καὶ σκότος πρὸς φῶς, καὶ ὕλη πρὸς τεχνιτόν. τό τε γὰρ ὕδωρ, ἄχυλον καὶ ἄποιον, πρὸς δὲ τὸ γλυκὺ καὶ πικρὸν ἀνάλογον, καὶ πρὸς δριμὺ καὶ ἁλμυρόν. καὶ ὁ ἀὴρ ἀδιατύπωτος πρὸς ψόφον καὶ πρὸς λέξιν καὶ (πρὸς) μέλος. καὶ τὸ σκότος ἄχροον καὶ ἄμορφον, πρὸς δὲ λαμπρὸν καὶ ξανθὸν καὶ λευκόν. λευκὸν δὲ πρὸς ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ κηροπλαστικήν, ἄλ-

λως

talitatem &ortum interclusus interseptúsque est, vt illa quidem regio vniuersa, tam quæ est supra Lunam, quàm quæ ad ipsam pertinet, Deorum contineat genus. Hæc vero infra eandem contentioni & naturæ assignata sit, in qua modo quæ genita sunt commutantur, modo generantur, quæ interierint.

In ea autem mundi parte, in qua natura & generatio dominantur, hæc tria ponenda sunt. Ac primum quidem corpus contrectabile, quod omnibus rebus, ad quas ortus venit, subiectum est. Hoc sanè in se recipit omnia, & ipsius generationis habetur effigies. quod quidem sic ad ea quæ ex se ipso gignantur vt aqua ad saporem, sonus ad silentium, & ad lumen tenebræ, materia ad artificiosas res sese habet. Aqua enim saporis & qualitatis expers, sapori quidem dulci & amaro, acuto & salso proportione respondet. Aer quoque omni carens informatione, ad sonum, elocutionem, & concentum refertur. Tenebræ pariter, quæ nec colore suffusæ sunt, nec aliqua forma figuratæ, lucem & colorem flauum & album respiciunt. quamuis candor etiam ad artem statuariam, & ad istam quæ ex cera aliquid fingit, pertineat. sed a-

lio modo materia arti ſtatuariæ comparatur. In hoc igitur corpore prius quam gignatur, omnia poteſtate,perfectione vero cum genita ſunt, & naturam acceperunt, continentur. ex quo quidē fit, vt ad complendam generationem, vnum primum ſubiici & ſubſterni neceſſe ſit.

Secundum quod requiritur, ſunt res contrariæ, vt mutationes & alterationes compleantur, idque dum materia perpeſſionem & affectionem recipit,ac ne facul-cultates mutuo patibiles, viciſſim ſeſe prorſus vincant,& vincantur.hæ vero ſunt calor & frigus,humor & ſiccitas.

Tertio loco ſequuntur ſubſtantiæ,quarum illæ facultas ſunt, vt ignis & aqua, & aer,& terra.quę quidem corpora à facultatibus longe differunt. nam illa in locis ſuis viciſſim ſeſe deſtruunt, & labefactant: facultates vero nec oriuntur, neque occidunt: ſiquidem ipſarum rationes corporis ſunt expertes.

Harum porro facultatum quę quatuor numero ſunt, calor & frigus, vt cauſæ & efficientes; ſiccitas & humor, vt materia & patibiles eſſe cenſentur. materia autem ea

λως δ᾽ ἡ ὕλη πρὸς ἀνδριαντοποιητικὴν δύναμιν· οὕτω πάντα ἐν τούτῳ πρὸ τῆς γενέσεως, συντελεία δέ, γενόμενα καὶ λαβόντα φύσιν. ἓν οὖν δὴ τοῦτο πρῶτον ὑπεῖναι πρὸς γίνεσθαι γένεσιν.

Δεύτερον δέ, τὰς ἐναντιότητας, ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται, πάθος καὶ διαθέσεις ἐπιδεχομένης τῆς ὕλης· καὶ ἵνα αἱ δυνάμεις ἀντιπαθεῖς οὖσαι μήτε κρατῶσιν εἰς τέλος αὗται αὐτῶν, μήτε κρατῶνται αὗται ὑπ᾽ αὐτῶν. τυγχάνουσι δ᾽ αὗται τό τε θερμὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν.

Τρίτον δ᾽ αἱ οὐσίαι, ὧν αἱ δυνάμεις εἰσὶν αὗται, πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ καὶ γῆ. διαφέρουσι δὲ αὗται τῶν δυνάμεων· αἱ μὲν γὰρ οὐσίαι ἐν τόπῳ φθείρονται ἐξ ἀλλήλων· αἱ δὲ δυνάμεις οὔτε φθείρονται οὔτε γίνονται· λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων.

Τῶν δὲ τεσσάρων, τὸ μὲν θερμὸν καὶ ψυχρόν, ὡς αἴτια καὶ ποιητικά· τὸ δὲ ξηρὸν καὶ ὑγρόν, ὡς ὕλη καὶ παθητικά. πρώτως

δὲ ὕλη τὸ πανδεχές· κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν· ὥστε πρῶτον τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητόν, ἀρχή. δεύτερον δὲ ἐναντιώσεις, οἷον θερμότητος καὶ ψυχρότητος καὶ ὑγρότητος καὶ ξηρότητος. τρίτον δὲ πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γῆ καὶ ἀήρ· ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα· αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι.

Αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν σωμάτων, δύο· αἱ μὲν γὰρ εἰσὶ τῶν πρώτων, αἱ δὲ τῶν γινομένων ἐκ τούτων. θερμὸν μὲν γὰρ καὶ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρόν, τῶν πρώτων· τὸ δὲ βαρὺ καὶ κοῦφον καὶ πυκνὸν καὶ μανὸν τῶν γινομένων ἐκ τούτων. τυγχάνουσι δὲ αἱ πᾶσαι δέκα ἕξ, θερμὸν καὶ ψυχρόν, ὑγρὸν καὶ ξηρόν, βαρὺ καὶ κοῦφον, ἀραιὸν καὶ πυκνόν, λεῖον καὶ τραχύ, ὀξὺ καὶ ἀμβλύ. τούτων δὲ γνωστικὴ καὶ κριτικὴ πάντων ἁφή. διὸ καὶ (τὸ) πρῶτον σῶμα, ἐν ᾧ διαφοραὶ αὗται, δυνάμει αἰσθητικόν ἐστι πρὸς ἁφήν.

Τὸ μὲν οὖν θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ἀραιὸν καὶ τὸ ὀξύ, πυρός ἐστι. τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ ἀμβλύ, ὕδα-

τος

est, quæ primo cuncta recipit. est enim commune quoddam, quod rebus omnibus subiicitur, vt initium sit primum corpus, quod sensu potestate percipi possit. secundo accidunt res contrariæ, verbi gratia, calor, frigus, humor & siccitas. sequuntur tertio ignis & aqua, terra & aer. Hæc enim elementa vicissim mutantur, res contrariæ non mutantur.

Corporum differentiæ duæ sunt, aliæ primæ, aliæ ex primis ortæ: primæ quidem habentur calor & frigus, humor & siccitas. ex primis ortæ sunt grauitas & leuitas, raritas & densitas, leuor & asperitas, durities & mollicies, tenuitas & crassitudo, acumen & obtusitas. Omnes autem enumerantur sexdecim, calor & frigus, humor & siccitas, grauitas & leuitas, raritas & densitas, leuor & asperitas, durities & mollitudo, tenuitas & crassitudo, acumen & obtusitas. quas quidem omnes tactionis sensus cognoscit & iudicat. ex quo sanè fit, vt primum illud corpus, in quo hæ differentiæ potestate resident, sensu tactus comprehendi possit.

Ac calor quidem siccitas, raritas & acumen propriæ ipsius ignis sunt facultates: aquæ vero frigus humor, densitas & obtu-

sitas: aeris mollitudo, leuitas, læuor, & tenuitas: terræ autē duricies, asperitas, grauitas, & crassitudo tributæ sunt.

Ex quatuor corporibus ignis & terra redundantiæ & rerum contrariarum extremitates sunt. atque vt ignis quidem caloris, sic glacies frigoris exuperantia est. Quod si glacies humoris & frigoris concretio, ignis pariter caloris & siccitatis habetur feruor. Quapropter neque ex glacie neque ex igne quidpiam gignitur.

Ignis sanè & terra extrema sunt elementa, aqua & aer media, quippe quæ admistā habeant sui corporis effectionem. Nec vero vt vnum tantum sit extremum, fieri potest, cum id contrarium esse oporteat. Similiter neque duo, quandoquidem media extremis opposita contrariáque sint.

Atq; ignis quidē calidus & siccus, aer calidus & humidus, aqua humida & frigida, terra frigida & sicca esse sentiuntur. Aer igitur & ignis calorē, frigus aqua & terra, terra

τος. τὸ δὲ μαλακὸν καὶ τὸ λεῖον καὶ τὸ κοῦφον καὶ τὸ λεπτὸν, ἀέρος. τὸ δὲ σκληρὸν καὶ τραχὺ καὶ βαρὺ καὶ παχὺ γῆς.

Τῶν δὲ τεσσάρων πῦρ μὲν καὶ γῆ ὑπερβολαὶ καὶ ἀκρότητες τῶν ἐναντίων. τὸ μὲν οὖν πῦρ ἐστὶν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ ὁ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἐὰν οὖν ὁ κρύσταλλος ἐστὶ πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις ξηροῦ καὶ θερμοῦ. διόπερ οὐδὲν ἐκ κρυστάλλου γίνεται οὐδὲ ἐκ πυρός.

Τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ ἡ γῆ ἄκρα, τὸ δὲ ὕδωρ καὶ ὁ ἀὴρ μεσότητες. μικτὴν γὰρ ἔχουσι τὴν σωματοποιΐαν. οὔτε δὲ ἐκ τῶν ἄκρων οἷόν τε εἶναι, δεῖ δὲ τὸ ἐναντίον εἶναι. οὔτε δὲ δύο. δεῖ γὰρ τὸ μεταξὺ εἶναι. ἀντίθετοι γὰρ ταῖς ἀκρότησιν αἱ μεσότητες.

Τὸ μὲν οὖν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς, τὸ δὲ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά. ἀέρι μὲν οὖν καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ θερμόν. ὕδατι δὲ καὶ γῇ κοινὸν τὸ ψυχρόν. γῇ δὲ

καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ ξηρόν. ὕδατι δὲ καὶ ἀέρι κοινὸν τὸ ὑγρόν. ἴδια δὲ ἑκάστου, πυρὸς μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἀέρος δὲ τὸ ὑγρὸν, ὕδατος δὲ τὸ ψυχρόν. κατὰ μὲν οὖν τὰ κοινὰ διαμένουσιν αἱ οὐσίαι αὐτῶν. κατὰ δὲ τὰ ἴδια μεταβάλλουσιν, ὅτε τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου κατακρατήσῃ.

Τὸ μὲν οὖν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ. καὶ ἀνάπαλιν τὸ μὲν ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῇ γῇ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ἀέρι θερμὸν τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ψυχροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ πυρὶ ξηρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ. καὶ οὕτως αἱ μεταβολαὶ γίνονται, καὶ γενέσεις εἰς ἄλληλα ἐξ ἀλλήλων.

Τὸ δὲ ὑποκείμενον σῶμα καὶ τὸ δεχόμενον τὰς μεταβολὰς, τὸ πανδεχὲς καὶ τὸ δυνάμει πρῶτον πρὸς ἀφήν.

Γίνονται δὲ αἱ μεταβολαὶ, ἤτοι ἐκ γῆς εἰς πῦρ, ἢ ἐκ πυρὸς εἰς ἀέρα, καὶ ἐξ ἀέρος

& ignis ſiccitatem, humorem aqua & aer communem habent. quamuis vnicuique propriæ facultates, vt igni calor, terræ ſiccitas, humor aeri, & frigus aquæ, tributæ ſint. quorum quidem ſubſtantiæ permanſionem à communibus, à propriis mutationem accipiunt. Hoc autem accidit, cum contrarium vincit & ſuperat contrarium.

Quare cum aeris humor ignis ſiccitatem, aquæ frigus calorem aeris, terræ ſiccitas aquæ humorem interimit; ac viciſſim retro cum aquæ humor terræ ſiccitatem, aeris calor aquæ frigus, & ignis ſiccitas humorem aeris labefactat & deſtruit, multum mutationes & ortus eorúmque viciſſitudines effici ſolent.

At corpus quod ſubiicitur, & mutationes recipit, omnium rerum capax eſt, & poteſtate primum contrectabile.

Mutantur autem elementa, aut cum ex terra ignis, aut ex igne aer, vel aqua ex

aere, vel ex aqua terra oritur. Tertio quoque modo efficitur mutatio, cum vniuſcuiuſque elemẽti cõtraria interit facultas; cognata vero, & quæ eiuſdem generis eſt, ſeruatur & permanet, ita deleto vno cõtrariarum rerum pari generatio abſoluitur. Nam ignis calidus ſiccúsque eſt, aer calidus & humidus, quorum vtrique communis exiſtit calor; ſiccitas autem ignis, humor aeris proprius peculiaríſque eſt. quare cum humor aeris ignis ſiccitatem exuperat, ignis in aerem conuertitur.

Præterea aqua cum ſit humida & frigida, aer humidus & calidus, iis ambobus communis eſt humor: aqua vero frigus, & aer calorem ſuas & proprias facultates habent: itaque ſi aquæ frigus aeris calori dominetur, ex aere in aquam efficitur mutatio.

Terra quoque frigida ſiccáque eſt, aqua frigida & humida, quarum vtraque frigus communiter poſſidet, ſeparatim vero terra ſiccitatem, humorem aqua ſibi ipſis aſciſcunt: ex quo fit, vt cum terræ ſiccitas aquæ humore valentior eſt, aqua in terram vertatur.

εἰς ὕδωρ, καὶ ἐξ ὕδατος εἰς γῆν, καὶ τρίτον ὅταν τὸ ἐν ἑκάστῳ ἐναντίον φθαρῇ, καὶ καταληφθῇ τὸ συγγενὲς καὶ τὸ σύμφυλον. ἡ μὲν οὖν γένεσις ἀποτελεῖται, ὅταν μία ἐναντιότης φθαρῇ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν· ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτοῖς (τὸ) θερμόν, ἴδιον δὲ πυρὶ μὲν (τὸ) ξηρόν, ἀέρι δὲ τὸ ὑγρόν· ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, μεταβάλλει τὸ πῦρ εἰς ἀέρα.

Πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, ὁ δὲ ἀὴρ ὑγρὸς καὶ θερμός, κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτῶν τὸ ὑγρόν. ἴδιον δὲ τοῦ μὲν ὕδατος, τὸ ψυχρόν· τοῦ δὲ ἀέρος, τὸ θερμόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ μεταβολή.

Πάλιν ἡ μὲν γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν, κοινὸν ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ ψυχρόν· ἴδιον δὲ τῆς γῆς ξηρόν, ὕδατος δὲ τὸ ὑγρόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν γῇ ξηρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ, γίνε-

ται ἐξ ὕδατος εἰς γῆν μεταβολή.

Ἀπὸ γῆς δὲ ἄνω κατὰ τὸ ἐναντίον. ἡ δὲ κατ' ἐναλλαγὴν, ὅτε ὅλον ὅλου κρατήσῃ, καὶ δύο δυνάμεις τὰς ἐναντίας φθείρουσι, μηδενὸς ὄντος αὐτοῖς κοινοῦ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρόν, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν, ὅταν τὸ ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ θερμοῦ, γίνεται ἐκ πυρὸς εἰς ὕδωρ μεταβολή.

Πάλιν ἡ μὲν γῆ ἐστι ψυχρὸν καὶ ξηρόν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸν καὶ ὑγρόν. ὅταν οὖν τὸ ἐν τῇ γῇ ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρόν, τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς γῆν μεταβολή.

Ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος φθαρῇ τὸ ὑγρόν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ θερμόν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν πῦρ. καταλείπεται γὰρ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ θερμόν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν. τὸ δέ γε πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρόν.

Ὅταν δὲ τῆς μὲν γῆς φθαρῇ τὸ ψυχρόν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρόν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν (ἡ) γῆ. καταλείπεται γὰρ τῆς

vertatur, mutetúrque.

Contra vero, quæ è terra sursum ascendit mutatio, & quæ per internitionem agitur, tunc accidit, cum totum superat totum, & ambæ contrariæ facultate interimuntur, nihílque quod illis elementis commune sit, remanet. Nam cum ignis calidus & siccus existat, aqua frigida & humida, si aquæ humor ignis siccitatem & aquæ frigus ignis calorem domet & comprimat, ex igne in aquam conuersio fit.

Iam vero terra frigida siccáque est, aer calidus & humidus. Quare cum terræ frigus calorem aeris, & terræ siccitas humorem aeris vincit & superat, aer in terram mutatur & vertitur.

Cum vero humor aeris, & ignis destruitur calor, ex vtroque ignis orietur. Nam aeris calor, & ignis remanet siccitas. At qui calidus & siccus ignis esse deprehenditur.

At cum terræ frigus & aquæ humor interit, ex ambabus gignitur terra. siquidem terræ siccitas, & aquæ seruatur frigus,

quibus quidem facultatibus terra prædita est.

Sed cum aeris & ignis pariter deletur calor, nullius elementi erit ortus. Nam aeris humor, & ignis relinquitur ſiccitas, quæ quidem facultates inter ſe contrariæ & oppoſitæ ſunt.

Poſtremo, cum terræ & aquæ iuxta frigus deſtruitur, eodem modo nulla ſequitur generatio, ſiquidem terræ ſiccitas & humor aquæ ſeruantur incolumes. At humor & ſiccitas facultates aduerſæ inimicæque ſunt. Ac de ortu quidem primorum corporum, & quo nam modo, & quibus ſubiectis efficiatur rebus, ſatis ac breuiter expoſitum eſt.

Verum cum ingenitus mundus, & interiturus nunquam ſit, atque vt neque initium ſumpſit, ita nec finem ſit accepturus, duo efficientia, quorum alterũ in alio, alterũ in ſe ipſo generet, viciſſim cõſtituantur neceſſe eſt, atque quod in alio generat, ea cenſetur eſſe vniuerſa mundi pars quæ ſupra Lunã poſita eſt. propius verò Sol ipſe,

qui

μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ψυχρόν. ἡ δὲ γῆ ἐστὶ ψυχρὰ καὶ ξηρά.

Ὅταν δὲ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, καὶ τοῦ πυρὸς τὸ θερμὸν, γένεσις οὐκ ἔσται. τὰ γὰρ ἐναντία καταλείπεται ἐπ᾽ ἀμφοτέρων, τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν· τὸ δὲ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ ἐναντίον.

Καὶ πάλιν ὅταν γῆς μὲν φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, ὕδατος δὲ ὅμοιον, οὐδὲ οὕτως ἔσται γένεσις· καταλείπεται γὰρ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρόν· τὸ δὲ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ ἐναντίον. καὶ περὶ μὲν γενέσεως τῶν πρώτων σωμάτων πῶς τε καὶ τίνων ὑποκειμένων γίνεται, ἱκανῶς εἴρηται διὰ βραχέων.

Ἐπεὶ δὲ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος καὶ ἀγένητος, καὶ οὔτε ἀρχὴν γενέσεως εἴληφεν, οὔτε τελευτὴν ποτὲ λήψεται, δεῖ καὶ τὸ ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν, καὶ τὸ γεννῶν ἐν ἑαυτῷ συνυπάρχειν ἀλλήλοις. τὸ μὲν ποιοῦν (ἐν ἑτέρῳ) τὴν γένεσιν, τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐστὶ πᾶν. συνεχὲς δὲ μᾶλλον ὁ ἥλιος κατὰ

γὰρ ταῖς προσόδοις καὶ ταῖς ἀφόδοις, μεταβάλλων τὸν ἀέρα συνεχῶς πρὸς λόγον ψύχους τε καὶ θερμασίας, ᾧ συνεπακολουθεῖ καὶ τὴν γῆν μεταβάλλειν, καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς.

ΕΥ δ' ἔχει καὶ ἡ λόξις τῶν ζωδίων τοῦ πόλου πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου φοράν· αἰτία γὰρ καὶ αὕτη τῆς γενέσεως ἐστί. καθόλου δὲ ἡ τοῦ παντὸς διακόσμησις, ὥστε εἶναι ἐν αὐτῇ τὸ μὲν ποιοῦν, τὸ δὲ πάσχον. τὸ μὲν οὖν ἐν ἑτέρῳ γινομένων, τὸ ὑπὲρ ἄνω τῆς σελήνης ἐστί· τὸ δὲ ἐν ἑαυτῷ, τὸ ὑποκάτω σελήνης. τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δὲ ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννητοῦ, κόσμος ἄρα ἐστίν.

Κεφάλαιον γ.

ΑΝθρώπου δ' ἀρχὴ γενέσεως πρώτη οὐ γέγονεν ἐκ γῆς, οὐδὲ τῶν ἄλλων ζώων οὔτε φυτῶν, ἀλλ' ἀεὶ τῆς διακοσμήσεως οὔσης, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐνυπάρχοντα, καὶ τὰ ἐνδιακεκοσμημένα συνυ-

qui appulſu ſuo & abſceſſu aerem cōtinenter immutat & variat, vt eundem modo frigidum reddat, modo calidum, cuius mutationem ſequitur terræ mutatio & eorum quæ ſunt in terra.

Orbis etiam ſignifer, qui obliquus eſt, ad ſolis motum maxime confert, cum & ipſe generationis cauſa ſit, nec nō vniuerſi ornatus ac deſcriptio, ídque generatim efficiat, vt in eo alia res gignendi, alia patiendi vim habeat. Quod ergo in alia generat, ſupra Lunam, quod autem in ſe ipſo, infra eandam collocatum eſt: at quod ex ambabus conſtat partibus, ex vna ſcilicet diuina & ſemper currrente, ex altera vero genita, & mutationibus ſemper obnoxia, id certe mundus eſt.

CAPVT III.

NEc vero primum humani ortus initium quemadmodū nec cęterorum animalium, neque plantarū è terra ductū eſt, ſed mundi ornatus & diſpoſitio cum ſemper exiſtat, etiam quæ in eo diſpoſita, digeſtáque ſunt, ſemper exiſtant

necesse est. siquidem mundus primum semper manet. Quare partes eius vnà cum eo statuendæ sunt. partes inquam cælum & terra, & quæ iis interiecta sunt & media (porrò quod μετέωρον, id est, sublime dicitur, etiam aerium nuncupatur) non enim sine iis, sed cum iis, atque ex iis concretus est mundus.

Verum cum partes simul existant, etiam quæ continentur, vnà cum eisdem statuuntur, vt cum cælo Sol, Luna, & Stellæ tam infixæ certis locis quàm errantes: cum terra, animalia, stirpes, & plantæ, aurum & argentum: cum sublimi & aeria regione spiritus & venti, necnon & mutatio in vim calidiorem & frigidiorem mutatio consistunt. Nam ipsius cæli illud est proprium, vt eas res intra se habeat, quas eius ambitus complectitur. Terræ vt plantas sustineat, quæ ex ipsa pullulant, & animalia, quæ pastum capessunt. Sublimis & aeria pars hoc sibi vindicat, vt quæ in ea gigni possunt, gignantur.

Cum igitur in vna quaque mundi parte collocatū sit aliquod eximium animalium genus, verbi gratia, in cælo Dii, homines in terra, in sublimi loco Dæmones,

necesse

περιεῖναι. πρῶτον μὲν γὰρ ἀεὶ ὄντος τοῦ κόσμου, ἀναγκαῖον καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ συνυπάρχειν, λέγω δὲ μέρη, οὐρανόν, γῆν, τὸ μεταξὺ τούτων· ὃ δὴ μετάρσιον καὶ ἀέριον ὀνομάζεται· οὐ γὰρ ἄνευ τούτων, ἀλλὰ σὺν τούτοις καὶ ἐκ τούτων ὁ κόσμος.

Τῶν δὲ μερῶν συνυπαρχόντων, ἀνάγκη καὶ τὰ περιεχόμενα συνυπάρχειν αὐτοῖς. οὐρανῷ μὲν ἥλιον, σελήνην, ἀπλανεῖς τε ἀστέρας καὶ πλανήτας· τῇ δὲ γῇ ζῶα, φυτά, χρυσόν, ἄργυρον· μεταρσίῳ δὲ καὶ ἀερίῳ πνεύματα, ἄνεμον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον· σὺν τούτῳ γὰρ οὐρανὸς σὺν τῷ τὰ περιεχόμενα ἔχειν, καὶ σὺν τούτῳ γῆ τὰ ἐπ᾽ αὐτῆς φυόμενα καὶ βοσκόμενα τῷ εἶναι, καὶ σὺν τούτῳ μετάρσιον, καὶ ἀέριον σὺν τῷ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα τὰ γινόμενα γίνεσθαι.

Ἐπεὶ οὖν καθ᾽ ἑκάστην ἀποτομὴν ὑπερέχον τι γένος ἐντέτακται τῶν ἄλλων, ἐν μὲν οὐρανῷ τὸ τῶν θεῶν, ἐν δὲ γῇ ἄνθρωπος· ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες, ἀναγ-

καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀΐδιον εἶναι, εἴπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμβιβάζει, μὴ μόνον τὰ μέρη συνυπάρχειν τῷ κόσμῳ ἀλλὰ καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς μέρεσι.

Φθοραὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ βίαιοι γίνονται κατὰ μέρη τῆς γῆς· ὁτὲ μὲν ἀνάχυσιν λαμβανούσης τῆς θαλάσσης ἕτερον μέρος, ὁτὲ δὲ καὶ αὐτῆς τῆς γῆς εὐρυνομένης καὶ διϊσαμένης ὑπὸ πνευμάτων ἢ ὑδάτων, κρύβδην ἐπιφερομένων· παντελὴς δὲ φθορὰ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως, οὔτε γέγονεν, οὔτε ἔσται ποτέ.

Διὸ καὶ τοῖς λέγουσιν τὴν τῆς Ἑλληνικῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ Ἰνάχου εἶναι τοῦ Ἀργείου, προσεκτέον οὕτως, οὐχ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς πρώτης, ἀλλὰ τῆς γινομένης μεταβολῆς κατ᾽ αὐτήν. πολλάκις γὰρ καὶ γέγονε καὶ ἔσται βάρβαρος ἡ Ἑλλάς, οὐχ ὑπ᾽ ἀνθρώπων μόνον γινομένη μετάστατος, ἀλλὰ καὶ ὑπ᾽ αὐτῆς τῆς φύσεως οὐ μείζωνος οὐδὲ μείωνος αὐτῆς γινομένης, ἀλλὰ γὰρ νεωτέρας ἀεὶ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν λαμβανούσης.

Περὶ

necesse est humanum genus esse perpetuum. Siquidem vere præscribit ratio non solum mundi partes vnà cum mundo, verum & quæ mundus continet, simul cum partibus existere.

At terræ partes vi mutãtur & intereunt: interdum quidem cum altera pars maris effunditur, quandoque vero cum terra à ventis & aquis quæ in ipsam latenter ingrediuntur, dilatatur, ac dirimitur: terræ tamen constitutio nunquam antea tota prorsus interiit, nec post vllo tempore interitura est.

Quapropter quod dicitur, historiam græcam ab Inacho Argiuo initium duxisse, sic est interpretandum, vt non ab aliquo primo principio, sed aliqua eius mutatione quæ acciderit, ortum habuerit. Nam terra Græcia antea sæpius fuit & posthac etiam erit Barbara, non modo, quod ad eam exules aliunde commigrauerint, verum quod à natura id etiam proueniat, quæ tametsi nec maior redditur neque minor, recentior tamen semper est, & ratione nostri principium sumit.

De toto quidem & vniuerso, déque ortu & interitu, qui in eo fiunt, & vt se habeant, & in omni æternitate sint habituri, cum natura partim sempiterno cieat motu, partim perpessionem semper sentiat; atque tum semper gubernet, cum gubernetur, iis verbis satis explicuimus.

Capvt IIII.

De mutua autem ipsorum hominum generatione, quo modo scilicet, & ex quibus recte perfici possit; ita vt non modo legitime facta, sed temperantia & pietate simul operante, habita esse videatur, operæ precium existimo hunc in modum statuere, & primo quidem hoc ipsum cogitare, quod non voluptatis, sed procreandæ sobolis causa mulieribus admiscemur.

Siquidem facultates ipsas, instrumenta, & appetitus hominibus dedit Deus, non vt voluptate fruantur, sed vt eorum genus perpetuo duret, ac permaneat. Nam cum fieri non possit, vt homo ipse qui mortalis natus est, diuinitatis efficiatur particeps, si generis immortalitas absumatur, in singulis suppleuit Deus, & generationem hanc infinitam

Περὶ μὲν τοῦ ὅλου καὶ παντὸς, ἔτι δὲ καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἐν ἑαυτῷ γινομένης, ὡς οὕτως ἔχει καὶ ἕξει τὸν ἅπαντα αἰῶνα, τοῦ μὲν ἀεικινήτου φύσεως οὔσης, τῆς δὲ ἀειπαθοῦς· καὶ μὲν (τοῦ) ἀεὶ κυβερνώσης, τοῦ δὲ κυβερνωμένης, ἱκανῶς μοι εἴρηται διὰ τούτων.

Κεφάλαιον δʹ.

ΠΕρὶ δὲ τῆς ἐξ ἀλλήλων ἀνθρώπων γενέσεως ὅπως τε καὶ ἐκ τίνων ἔσται κατὰ τρόπον ἐπιτελούμενα, νόμῳ τε καὶ σωφροσύνης καὶ ὁσιότητος ἐπισυνεργούσης τάδε καλῶς ἔχειν οἴομαι· πρῶτον μὲν τοῦτο διαλαβεῖν ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα προσίεμεν, ἀλλὰ τέκνων γενέσεως.

Καὶ γὰρ αὐτὰς τὰς δυνάμεις, καὶ τὰ ὄργανα, καὶ τὰς ὀρέξεις τὰς πρὸς (τὴν) μίξιν ὑπὸ θεοῦ δεδομένας ἀνθρώποις, οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα δεδόσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ τῆς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαμονῆς τοῦ γένους. ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον ἦν θνητὸν φύντα θείου (βίου) κοινωνῆσαι, τῆς τοῦ γένους ἀθανασίας

φθειρομένης, καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεός, ἀκατάληπτον ποιήσας καὶ συνεχῆ ταύτην γένεσιν. ἓν οὖν τοῦτο πρῶτον δεῖ θεωρεῖν, ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα ἡ μίξις.

Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν αὐτὴν τῷ ἀνθρώπῳ σύνταξιν πρὸς τὸ ὅλον, ὅτι μέρος ὑπάρχων οἴκου τε καὶ πόλεως, καὶ τὸ μέγιστον κόσμου συμπληροῦν ὀφείλει τὸ ἀπογινόμενον τούτων ἕκαστον, ἐὰν μέλλῃ μήτε συγγενικῆς ἑστίας λειποτάκτης γίνεσθαι, μήτε πολιτικῆς, μήτε μὴν τῆς θείας.

Οἱ γὰρ καθάπαξ μὴ διὰ παιδοποιΐαν συναπτόμενοι, ἀδικήσουσι τὰ τιμιώτατα τῆς κοινωνίας συστήματα. εἰ δὲ καὶ γεννήσουσιν οἱ τοιοῦτοι μεθ' ὕβρεως καὶ ἀκρασίας μοχθηροὶ (οἱ) γινόμενοι, καὶ κακοδαίμονες ἔσονται, καὶ βδελυροὶ ὑπό τε θεῶν καὶ δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων, καὶ οἴκων καὶ πόλεων.

Ταῦτα οὖν προδιανοουμένοις οὐ δεῖ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις προσέρχεσθαι τοῖς ἀφροδισίοις, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον καλὸν ἡγουμένοις. εἴπερ ἀναγκαῖον καὶ καλὸν εἶναι

νομίζουσιν

infinitam & continuatam reddidit. Hoc vnum igitur ſpectare in primis oportet, non eſſe concumbendum voluptatis cauſa.

Mox eandem hominis conſtitutionem ad vniuerſam referendam, quippe qui non ſolum domus & ciuitatis, verum etiam mundi maxima habeatur pars. quæ quidem, quæcunque res deſit, eam ſupplere & complere debeat. alioquin tum domeſtici & ciuilis, tum etiam diuini laris deſertor futurus ſit.

Nam qui prorſus cauſa procreationis liberorum non coierint, ii nobiliſſimos communionis cœtus iniuria afficient & violabunt. Quòd ſi tales fuerint, vt nec legitime nec temperanter generent, qui orientur filii, ſceleſti, improbi, & miſeri Diis, Dæmonibus, hominibus, necnon familiis & ciuitatibus execrandi & deteſtabiles futuri ſunt.

Qui igitur hæc antea conſiderauerint, ii non belluarum more ad concubitum ferri debent, ſed ita vt qui res venereas neceſſaria bona eſſe putent. quod ſanè probi

viri faciunt, qui nõ solũ domos & plurima terræ loca magna hominum multitudine replere necessarium & bonum existimant (mansuetissimum enim atque optimum animalinm omnium est homo) sed etiam probis viris, maximum esse censent.

Hanc enim ob causam eueniet, vt ciuitates bene institutas inhabitent, res suas domesticas & familiares recte gubernent & tueantur, amicísque ipsis (vt ciuilis status requirit ratio) ciuiles actiones præbeãt, cum illi non multos tãtum homines, sed etiam probos suppeditabunt.

Itaque peccant complures, qui in matrimoniis contrahendis, non fortunę magnitudinem, neque publicam vtilitatem sibi proponũt, sed diuitias aut generis præstantiam tantum respiciunt. Pro eo enim quod adolescentes & integra ætate ducere deberent, vetulas sibi ipsis adiungunt, atque cum vxores eiusdem secum mentis, & sui simillimæ ducendæ essent, nobilitate præstantes & diuitiis affluentes ducunt. Quapropter pro concordia discordiam,

pro

νομίζουσιν οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὴ μόνον πολυανδρεῖσθαι τοὺς οἴκους καὶ τὸν πλείονα τῆς γῆς τόπον πληροῦσθαι· ἡμερώτατον γὰρ πάντων καὶ βέλτιστον ζῷον ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ καὶ τὸ μέγιστον εὐανδρεῖσθαι.

Διὰ γὰρ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ τὰς πόλεις εὐνομουμένας οἰκήσουσι καὶ τοὺς ἰδίους οἴκους κατὰ τρόπον οἰκονομήσουσι, καὶ τοῖς φίλοις αὖθις κατὰ τὰς πολιτείας καὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις παρέξουσι, ὅτι μὴ μόνον πολυπληθείᾳ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ εὐανδρίᾳ χορηγοῦνται.

Ὅθεν ἁμαρτάνουσι πολλοὶ μὴ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τύχης, μηδὲ πρὸς τὸ συμφέρειν τῷ κοινῷ συνιστάντες τοὺς γάμους, ἀλλὰ πρὸς τὸν πλοῦτον, ἢ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ γένους ἀποβλέποντες. ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ νεωτέραν καὶ ὡραίαν συναρμόζεσθαι, συνηρμόσαντο ἂν τὴν ὑπερηλικεστέραν, ἀντὶ δὲ συμπαθῆ τὴν ψυχὴν καὶ ὁμοιότατον, ἐπίδοξον τῷ γένει, ἢ περιχρήματον. τοιγάρτοι, ἀντὶ συμφωνίας διαφωνίαν, καὶ ἀντὶ

ὁμοφροσύνης, διχοφροσύνην κατασκευά-
ζουσι, περὶ ἡγεμονίας διαμαχόμενοι πρὸς
ἀλλήλους. ἡ μὲν γὰρ ὑπερέχουσα πλούτῳ
καὶ γένει καὶ φίλοις, ἄρχειν προαιρεῖται τοῦ
ἀνδρὸς παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον. ὁ δὲ δια-
μαχόμενος δικαίως, ὡς οὐ δεύτερος, ἀλλὰ
πρῶτος θέλων εἶναι, ἀδυνατεῖ τῆς ἡγεμο-
νίας ἐφικέσθαι.

Ὧν δὲ γινομένων, οὐ μόνον τοὺς οἴκους κα-
κοδαίμονας, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις συμβαί-
νει γίνεσθαι. μέρη γὰρ τῶν πόλεων οἱ οἶκοι, ἐκ
δὲ τῶν μερῶν, ἡ τοῦ ὅλου καὶ παντὸς σύνθεσις.
εἰκὸς οὖν ὁποῖα τὰ μέρη τυγχάνουσιν ὄντα,
καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν τὸ ἐκ τοιούτων συν-
τιθέμενον, τοιοῦτον εἶναι.

Καὶ ἐν (ταῖς) πρώταις δὲ αἱ πρῶται
οἰκοδομαὶ μεγάλα συνεργοῦσι πρὸς (τὸ)
καλῶς ἢ κακῶς τὸ ὅλον ἔργον συντελε-
σθῆναι. οἷον ἐπὶ μὲν οἰκοδομίας, θεμελίου
καταβολή. ἐπὶ δὲ ναυπηγίας, τρόπις. ἐπὶ δὲ
συναρμογῆς καὶ μελοποιίας, τάσις φωνῆς
καὶ λῆξις. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ πολιτείας εὐνο-
μουμένης

pro legitimo conſenſu diſſenſionem ſibi parant, ſiquidem maritus & vxor inter ſe de principatu contendunt. Quæ enim mulier diuitiis, genere, & amicis antecellit, vt ſibi pareat vir contra naturæ leges exoptat: at ille, tametſi iuſte repugnet, quippe qui ſibi primas, non ſecundas deferri velit, obtinere tamen principatum nullo modo poteſt.

Quæ quidem res cum eueniunt, non familiæ tantum, & domus, verum etiam ciuitates infelices reddantur, neceſſe eſt. Domus enim ciuitatum partes ſunt: ex partibus totum & vniuerſum conſtituitur. Conſentaneum igitur eſt, quales ſunt partes, tale & totum & vniuerſum exiſtere, ex huiuſmodi conſtans partibus.

Atque vt primarum quidem partium primæ ſtructuræ ad vniuerſum opus bene aut male complẽdum plurimum faciunt: verbi gratia ad domum ędificandam fundamenti iactus, ad nauem ſtruendam carinæ fabrica, ad exercendam concentionis & muſicæ artem contentio vocis & remiſſio: ſic Reipublicæ bene vel male inſti-

tuendæ familiarum constitutio, concordia, & conuenientia magnopere vtilis est.

Quapropter qui de generatione cogitant, hæc agere opus est, vt generatim quodcunque dissimile imperfectúmque est obseruent. Nam nec plantæ ipsæ, nec animalia, cum adhuc imperfecta sunt, fœcunda sunt. quin potius requiritur, vt aliquo temporis spacio genita sint antea, quàm fructum ferant, vt cum robur & perfectionem assumpserint corpora, semen & fructus producant.

Ex quo fit, vt tam pueri, quàm puellæ virgines, in exercitationibus tolerantiísque decoris alendi sint: quibus is etiam adhibendus est cibus, qui laboriosę temperatæ, & toleranti vitæ sit aptissimus.

Multa sanè existunt huiusmodi in vita humana, quæ melius est, si sero discantur. quare adolescens ad rerum venerearum vsum ita est agendus, vt ipsis ante xx. annum non fruatur: quas etiam cum gustauerit, rarenter exerceat. Quod sanè erit, si bonum

μουμένης τε καὶ καλοικονομουμένης, οἴκων κατάστασις καὶ συναρμογὴ μέγιστα συμβάλλεται.

Περὶ γενέσεως οὖν σκοπουμένοις, τάδε χρὴ πράττειν. καθόλου μὲν δὴ φυλάττεσθαι χρὴ πᾶν τὸ ἀνόμοιον καὶ ἀτελές· οὔτε γὰρ τῶν φυτῶν τὰ ἀτελῆ, οὔτε τῶν ζώων εὔκαρπα γίνεται. ἀλλὰ δεῖ γενέσθαι τινὰ χρόνον πρὸς τὰς καρποφορίας, ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τελειουμένων τῶν σωμάτων τὰ σπέρματα καὶ καρποὶ γίνωνται.

Ὅθεν δεῖ τοὺς παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν γυμνασίοις τε καὶ καρτερίαις ταῖς προσηκούσαις τρέφειν, καὶ τροφὴν προσφέρεσθαι (τὴν) ἁρμόζουσαν φιλοπόνῳ τε καὶ σώφρονι καὶ καρτερικῷ βίῳ.

Πολλὰ δὴ τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον τοιαῦτα ἐστὶ ἐν οἷς βέλτιον ἡ ὀψιμαθία. διὸ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν οὕτως ἄγεσθαι χρὴ τὸν παῖδα, ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ χρησάμενον, σπανίως χρῆ-

σθαι. ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν καλὸν καὶ τίμιον εἶναι νομίζῃ τὴν εὐεξίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν.

Δεῖ δὲ καὶ παιδεύειν τὰ τοιαῦτα τῶν νομίμων ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητρὶ συγγίνεσθαι, μήτε θυγατρὶ, μήτε ἀδελφῇ, μήτε ἐν ἱεροῖς, μήτε ἐν φανερῷ τόπῳ. καλὸν γὰρ ἐστὶ καὶ πρόσφορον τὸ ὡς πλεῖστα κωλύμματα γίνεσθαι τῆς ἐνεργείας ταύτης.

Καθόλου δὲ δεῖ περιαναιρεῖν τάς τε παρὰ φύσιν γενέσεις, καὶ τὰς μεθ᾽ ὕβρεως γινομένας. καταλιμπάνειν δὲ τὰς κατὰ φύσιν καὶ μετὰ σωφροσύνης ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ σώφρονί τε καὶ νομίμῳ γινομένῃ.

Δεῖ δὲ πάλιν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τοὺς τεκνοποιουμένους τῶν ἐσομένων τέκνων. πρώτη μὲν οὖν μεγίστη φυλακὴ πρὸς γένεσιν τῷ τεκνοποιεῖν βουλομένῳ, δίαιτα σωφρονική τε καὶ ὑγιεινή· ὡς μή τε πληρώσει χρῆσθαι τροφῆς ἀκαίρου, μήτε μέθῃ, μήτε ἄλλῃ τῇ ταραχῇ, ἐξ ὧν χείρους (αἱ) αὐτῶν σωμάτων ἕξεις γίνονται. μάλιστα δὲ πάντων προσήκει

φυλάττε-

ſi bonum corporis habitum & continentiam res eſſe optimas & honore dignas cenſuerit.

Quin etiam huiuſmodi inſtitutorum diſciplina in terræ Græciæ ciuitates inducenda eſt, ne cum matre, filia, ſorore nec in locis ſacris, nec in propatulis coeant. Nam præclare & vtiliter agetur, ſi huic actioni plurima adhibeantur impedimenta.

Tollendæ porro ſunt penitus omnes illæ generationes, quæ præter naturam & contumelioſæ ſunt. Contra reliquendæ & ſeruandæ, quæ ſecundum naturam & temperanter efficiuntur, vt filii ſobrie & legitime geniti ſint.

Opus eſt præterea vt qui liberorum procreationi operam dant, futuræ ſobolis multo ante curam ſuſcipiant. Ea porro prima & potiſſima adhibebitur animaduerſio, ſi temperato & ſalubri vtantur cibo, non ebrietate capiantur, nec quidpiam ſumant, quod perturbationem afferat, ex quibus quidem rebus habitus corporis deteriores euadunt. illud vero omnium ma-

xime curandum eſt, vt non niſi pacata & tranquilla mente concumbant. nam cum praui & inconſtantes, ac perturbati ſunt corporis habitus, ex illis vitioſa ſemina ſolent prodire.

Ita quoque omni ſtudio & intento animo eniti debent, vt sciti admodum & elegantes naſcantur liberi, & cum orti ſuſceptique fuerint, liberaliter educentur. iniquum eſt enim philippos quoſdam, & philornithas, & philocynas, id eſt qui equos alunt, aut aues aut canes ad venandum, omni diligentia curare, vt belluas quemadmodum, & ex quibus, & quo tempore oporteat, generent, & quonam modo affectæ ſeſe admiſcere & copulare debeant, ne vilis ac vulgaris naſcatur ſoboles, homines vero nullam filiorum ſuorum curam ſuſcipere, quin potius illos (vt ſors tulit) procreare, &, cum genuerint, ipſorum educationem inſtitutionémque negligere.

Nam iſtęc ſi contemnantur, omnis improbitatis & nequitiæ cauſæ ſunt, quippe quæ efficere ſoleant, vt qui orti fuerint, belluarum ſimiles, viléſque ac degeneres euadant.

φυλάττεσθαι τὸ τῆς καθεστηκυίας τῆς διανοίας τὰς μίξεις γίνεσθαι. ἐκ φαύλων γὰρ καὶ ἀσυμφώνων καὶ ταραχωδῶν ἕξεων μοχθηρὰ γίνεται τὰ σπέρματα.

Μετὰ πάσης οὖν σπουδῆς καὶ προσοχῆς δεῖ καταβάλλεσθαι, ὅπως τὰ γεννώμενα γίνεται χαριέστατα, καὶ γεννώμενα, καλῶς ἀνατραφῇ. οὔτε (δὲ) γὰρ δίκαιον, τοὺς μὲν φιλίππους καὶ φιλόρνιθας καὶ φιλόκυνας μετὰ πάσης ἐπιμελείας φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν γινομένων ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς διακειμένων γίνεσθαι τὰς μίξεις καὶ τὰς κοινωνίας, τοῦ μὴ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι τὰ γεννώμενα· τοὺς δὲ ἀνθρώπους μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τῶν ἰδίων ἐγγόνων· ἀλλὰ (καὶ) γεννᾶν ὡς ἔτυχε, καὶ γεννωμένων ὀλιγωρεῖν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας.

Ταῦτα γὰρ ἀμελούμενα, πάσης κακίας καὶ φαυλότητος παραίτια γίνεται, βοσκηματώδη καὶ ἀγεννῆ ἀποτελοῦντα τὰ γεννώμενα.

UB MANNHEIM UB Mannheim DFG

AD OCELLVM LVCANVM

LECTIONES VARIAE.

Pagina 7. versu 1. Ὤκελλος] al. Οἴκελλος.
v.15. διαλυθείη. ἐξ οὗ] Louanienſis editio, διαλυθείη, ἐξ ὅπου τε ἐστὶ γέγονεν. ἐκεῖνο &c.

Pag.8. v.2. ἔχει] al. ἔχοι
v.7. τοῦ χει-] τοῦ additū è Louanienſi.
v. 9. οὐ περὶ] περὶ abeſt ab eodem Louan.
verſ.18. τοῦ] τοῦ incluſum in aliis deſideratur: quemadmodum & reliquæ dictiones quæ hiſce notis () includuntur. quod ſemel monuiſſe ſuffecerit.

Pag.12. v.16. ἀλλ' ἔτι δεῖται.] al. ἀλλ' ἐπιδεῖ καὶ τῆς.

Pag. 15. v. 3. ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ] Louan. ἀλλ' αὐτὸς περὶ αὐτόν.
v.6. αὐτοῦ] al. ἑαυτοῦ ſic & linea ſeq.

Pag. 15. v. 7. ἀπολέσθαι, Louan.
v.8. ἄφθαρτον γὰρ ἐστὶ
v. 11. τῶν ἔξωθεν, ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἐντὸς,
v.18. ἀληθές.

Pag.19. v. 10. Louan. -μείβει περίοδον οὐ διέξοδον ἐφεξῆς

P.20. v.3. οὐ γὰρ] incluſa parentheſi deſiderantur in Louan.
v. 10. ταῦτα] Louan. τούτων ἐστὶ σημεῖά τε καὶ τεκμήρια, τοῦτο μὲν
v.20. ἥτε κίνησις κατ'

Pag.24. v.2. Louan. καὶ τὸ ὑπ' Venet. τὸ ἐπαν αὐτὴν
v.5. al. ἐν αὐτῷ.
v.21. breuius Louan. ξανθὸν καὶ λευκόν. καὶ ἡ ὕλη δὲ περὶ αἰθρ.

P.27. v 8. al. διάθεσιν
v. 14. τελεῖτο δὲ ταῖς οὐσίαις,

sic supra, Δεύτερον δὲ, τὰς ἐναντιότητας, vt subaudiatur præcedens δεῖ ὑποθεῖναι.

P.28.v.5.Louan. τρίτον δ' αἱ οὐσίαι, πῦρ καὶ ὕδωρ.

P.31.v.1.τὸ δὲ μαλακ.] Louan. τὸ δὲ ὑγρὸν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ μαλακὸν καὶ

v.13.μικτὰ γὰρ ἔ-Louã.

P.35.v.1.al.καὶ τοῦτο ὅταν

v.12.ἀμφοτέρων in Louan. sic enim & infra v.19.

P.36.v.14.al.ξηρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν

Pag.40.v.1. γίνεται al. τε τῆς

P.43. v.2. Venet. μέρη αὐτῶν

v.14. σὺν τούτῳ δέχε, οὐρανόν. σὺν τῷ, τὰ περιεχόμενα ἔχειν. καὶ σὺν τούτῳ, γῆν, σὺν τῷ, τὰ ὑπο' αὐτῆς φυόμ-Louan.

P.44.v.19. μετανάστατος.

v.21. lege καὶ νεοτέρας-vel cum Louaniensi, καινοτέραν

P.47.v.11. σωφροσύνη καὶ ὁσιότητι.

P.48.8.ὀφείλειν.

v.22.Louan. ἄτερ ἀναγκ.

Pag.51.v.4. ζώων Lou.

v.8. καὶ οἱ φίλοι αὐτοῖς

v.10. παρέξουσι abest à Louan. dein οὔτε pro ὅτε

v.11. καὶ ἀνδρία Louã.

v.21.περιεχήματον. ita Louan. at Venet. ὑπεχήματον, corrupté.

P.56.10. περιαιρεῖν

v.20. τῇ ταραχῇ] τινὶ ταραχῇ.

P.59.v.20. ἀποπλούμενα

H. COMMELINVS

ISAACO CASAVBONO VIRO DOCTISSIMO S.

MVtuum, Caſaubone amiciſſime, quod dediſti, opinione, vt arbitror, tua celerius, & ea qua Aſcræus iubet fide, non ſine gratiarum actione reddo. Ocellum enim Grȩcum mihi conceſſiſti; en Græcolatinus tibi notíſq; illuſtratus reſtituitur. Additæ præterea Lectiones variæ, quas inter legendum animaduerti, quo gratior hic auctor, paucis viſus, in lucem prodiret. Ex quo quidem dierum aliquot labore (quos ſtlitibus, iuſtis licet ac neceſſariis, totos impendere religio erat) ſi quid fructus ad philoſophiæ ſtudioſos rediturum iudicaueris, abunde mihi, quod potiſſimum ſpectaui, videbor conſequutus. Vale Muſarum decus eximium, & Suetonio iam perpolito, bonis auibus Athenæum nobis adgredere.

AD OCELLVM LVCANVM NAGAROLÆ ANNOTATIONES.

NON incommoda, nec inepta videatur quæstio, si quæratur, quã ob rem Archytas Tarentinus & Timæus Locrus Itali philosophi, Curitem Theocritus poeta ex Sicilia ortus (quæ quidem Italię pars quondam fuit, nunc vero non lato interiecto mari seiũcta, & separata) Dorica lingua scripserint, aliarum Græcarum antiquissima; Ocellus autem in rebus naturæ explicandis Attico sermone vsus sit.

Τάδε συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως] Pythagoreorum morem seruat Ocellus in exordiendo opusculo suo, in cuius initio suum nomen apposuit. Nam & Timæus Locrus eiusdem sectæ philosophus sic incepit, Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα. Alcmæon quoque Crotoniata Pythagoræ discipulus, vt refert Laertius, librum suum ad hunc modum

inſtituit, Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιήτης τάδε ἔλεξεν.

Τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ᾽ αὐτῆς φύσεως ἐκμαθών, τάδε καὶ δόξῃ μετὰ λόγου τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος. Duos eſſe cognoſcēdi modos his paucis verbis Ocellus oſtendit: vnum, earum rerum, quæ ſub ſenſum cadunt, quas ſola magiſtra & duce natura manifeſtis ſignis percipimus; alterum, illarum, quæ animo comprehenduntur, ſed cum quadam à re nota ad ignotam progreſſione. Verum vt ita progrediamur, vel (vt ſic dicam) diſcurramus, tres neceſſariæ nobis ſunt animę facultates, quarum prima poſitas & conceſſas ratiocinationis propoſitiones, cognitis tamē prius earum terminis intelligat. hæc Gręce νοῦς & νόησις, Latine mens, & intelligentia nūcupatur, ſecunda progrediatur ac diſcurrat, cui quidem duplex Gręcum impoſitum eſt nomen διάνοια & λόγος, vtraque Latine dicitur cogitatio. Hęc autem vis, tametſi vna eadémque eſt, loci tamen, & rei ſubiectæ ratione, in qua eſt, à ſe ipſa videtur differre: & propterea (vt modo dixi) duo habet nomina. Nam vt in Sophiſta affirmat Plato, ea facultas appellatur διάνοια, cum intus incluſa veluti animæ ad ſe ipſam dialogus, in anima verſatur: λόγος vero, cum ab anima per os emiſſa cum ſono foras effluit & prodit. Tertia quæ requiritur, concluſionē conſiderans, vocatur δόξα, quam quidem opinionem & opinationem vertit Cicero. Hanc

in eodem dialogo esse τῆς διανοίας ἀποτελεύτησιν asserit Plato, hoc est cogitationis conclusionem. primam facultatem attigit illis verbis Ocellus τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος. secundam & tertiam, cum dixit, καὶ δόξῃ μετὰ λόγου. Sed aduerte Platonem, qui multa sumpsit ex Ocello, νόησιν μετὰ τοῦ λόγου coniunxisse: ita enim scribit in Timæo, νοήσει μετὰ λόγου καταληπτόν. non diuersa tamen ratione. Nam vterque has tres animæ facultates ad progressionem seu discursum pertinentes, enumerare voluit, de quibus Ioannes Grammaticus in procœmio primi de Anima voluminis. Nō negauerim tamen νόησιν, διάνοιαν, δόξαν, tres etiã significare animi habitus, quibus duos alios πίστιν καὶ εἰκασίαν addidit Plato in calce libri VI. de Rep. quibus nos dicit cognoscere quinque rerum genera.

P. II. v. 15. Symmetria cum Latinum, teste Plinio, non habeat nomen, commensurationẽ proportionémque conuertere mihi nō libuit, sed integram seruandam esse dictionem censui. Nam ea, quamuis Græca, iam satis, vt pleræque aliæ, Latino sermone trita est, qua Vitruuius & Plinius ciues mei frequẽter vsi sunt.

P. 15. v. 4. Hoc eodem ferè argumento probauit Critolaus peripateticus Mũdum semper fore, quãuis id paucioribus fecerit, quàm Ocellus, & diuersis vsus sit verbis, & exẽplis, vt in Philonis libello περὶ ἀφθαρσίας κόσμου vide-

re licet, in quo ſic ſcriptum eſt, Ἐπαγωνιζόμενος δ᾽ ὁ Κριτόλαος ἐχρῆτο καὶ τοιούτῳ λόγῳ· τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ὑγιαίνειν, ἄνοσον ἐστὶ, ἀλλὰ καὶ τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ἀγρυπνεῖν, ἄγρυπνόν ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ ἄτιον αὐτῷ τοῦ ὑπάρχειν, ἀΐδιον ἐστίν· αἴτιος δ᾽ ὁ κόσμος αὐτῷ τοῦ ὑπάρχειν, εἴγε καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ἀΐδιος ἄρα ὁ κόσμος ἐστίν. hoc eſt, *Critolaus autem diſputans hac ratione vtebatur, quod ſibi ipſi bonæ valetudinis cauſa eſt, id nullo affligitur morbo. quin etiam quod ex ſe habet, vt vigilet, ſomni expers eſt. Quod ſi ita res ſe habeat, id quoque quod ſibi ipſi cauſa eſt, cur ſit, perpetuum eſt, atqui Mundus ſicuti cæteris rebus, ſic etiam ſibi ipſi in cauſa eſt, vt ſit, nimirum ipſe æternus eſt.* Non miretur, qui noſtra hæc legerit, ſi cum in Ocello, & Philone ἀπόδειξιν nomen græcum reperi, demonſtrationem transferre noluerim. Nam demonſtratio apud Ciceronem non idē ſignificat, quod apud Ariſtotelem ἀπόδειξις. quare facile ſuſpicor, ne M. Tullius Ariſtotelis libros περὶ τῶν ἀναλυτικῶν, ſicut & alios eiuſdem complures viderit. quod ſanè ſi illi datū fuiſſet, non dixiſſet in Academicis ἀπόδειξιν, eſſe argumenti concluſionem, eámque ita definiri vt ſit ratio, quæ ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit. Nam hæc definitio non tantum veræ demonſtrationi, cuius vim & naturam perſecutus eſt Ariſtoteles, verum etiam omnibus ratiocinationis generibus conuenire aptaríque videtur. Loco demonſtra-

monſtrationis Ariſtotelicæ exquiſitam rationem protulit Cicero. Quem imitari mihi libuit tum primo Tuſculanarum, tum etiam primo de Finibus, vbi inter argumenti concluſionem & rationem, item inter mediocrem animaduerſionem & admonitionem quid interſit, nobis explicuit.

P.16.5. Philo Iudæus in eodẽ opuſculo hanc rationẽ ferè totam ex Ocello ad verbum accepit. ſic enim ait, λέγεται μέντοι, καὶ φθορὰ, ἥτε πρὸς χεῖρον μεταβολὴ, λέγεται δὲ καὶ ἡ τοῦ ὄντος ἀναφαίρεσις παντελὴς, ἣν καὶ ἀνύπαρκτον ἀναγκαῖον λέγειν. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίνεται, οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται· ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι, τό, τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον, καὶ ἄπαυστον. hoc eſt, *Interitus vocatur in deterius mutatio. dicitur quoque omnium perfecta conſumptio, cui nulla neceſſario attribuitur ſubſiſtentia, nam quemadmodum ex nihilo nihil efficitur, ita nec quod eſt, in nihilum interit, ex nihilo enim vt aliquid gignatur, fieri nequit, atque id quod eſt, prorſus deleri, & interimi, nec auditum vnquam nec credibile eſt.*

Αμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἀπολέσθαι,] ita vulgo legitur in Ocello. Ego vero legendum arbitror ἀποτελέσθαι, quod eſt effici vel fieri, quod intelligere cuique licet cum ex ipſa rei natura, tum vero ex verbis Philonis, quæ Ocelli verbis debent reſpondere. ita enim ſcribit Philo: ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι.

Extrema quoque Philonis verba, quę modo adduxi, mendosa sunt. sic enim in omnibus sese habent codicibus, τότε οὖν ἐξαπολέσθαι ἀνλεύυστον καὶ ἄπαυστον. nam quid significet ἀνλεύυστον, & quantum ἄπαυστον proposito conueniat, nõ satis perspicio. Quare locum emendare, atque ἀνλεύυστον in ἀνήπυστον, & ἄπαυστον in ἄπιστον conuertere non veritus sum. vt sit sensus quẽadmodum transtuli: atque res ipsas prorsus interire inauditum incredibiléque est.

Pag. 16. v. 10. Hanc rationem sumpsit ab Ocello Philo Iudæus, & in libello suo posuit de Mundo non interituro, quamuis eam pluribus verbis explicuerit: cum inquit, Τοὺς δὲ ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον κατασκευάζοντας λόγους ἕνεκα τῆς πρὸς τὸ ὁρατὸν αἰδοῦς τακτέον προτέρους, ὀκείαν ἀρχὴν λαβόντας. ἅπασι τοῖς φθορὰν ἐνδεχομένοις αἰτίαι διτταὶ τῆς ἀπωλείας· ἡ μὲν ἐντὸς, ἡ δὲ ἐκτὸς προυπόκεινται. σίδηρον οὖν καὶ χαλκὸν καὶ τὰς τοιουτοτρόπους οὐσίας εὕροις ἂν ἀφανιζομένας, ἐξ ἑαυτῶν μὲν ὅταν ἑρπηνώδους νοσήματος τρόπον ἰὸς ἐπιδραμὼν διαφάγῃ. πρὸς δὲ τῶν ἐκτὸς, ὅταν ἐμπιμπραμένης οἰκίας ἢ πόλεως συναναφλεχθεῖσαι τῇ πυρὸς βιαίῳ ῥιπῇ διαλυθῶσιν, ὁμοιοτρόπως δὲ καὶ ζώοις ἐπιγίνεται τελευτὴ, νοσήσασι μὲν ἐξ ἑαυτῶν, ὑπὸ δὲ τῶν ἐκτὸς σφαττομένοις, ἢ ἐμπιμπραμένοις, ἢ θάνατον οὐ καθαρὸν τὸν δι᾽ ἀγχόνης ὑπομένουσιν. εἰ διαφθαρήσεται καὶ Κόσμος, ἐξ ἀνάγκης ἤτοι ὑπὸ τινὸς τῶν ἐκτὸς, ἢ πρὸς τινὸς τῶν ἐν αὐτῷ φθαρήσεται δυνάμεων. ἀμήχανον δ᾽ ἑκάτερον. ἐκτὸς μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι τοῦ

κόσμου

κόσμου, πάντων εἰς τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ συνερα-
νισθέντων. οὕτω γὰρ εἷς τε ἔσται καὶ ὅλος, καὶ ἀγήρως.
εἷς μὲν διὰ τὸ ἀπολειφθέντων τινῶν, ἕτερον ἂν τῷ
γνῶ ὄντι γενέσθαι ὅμοιον. ὅλως δὲ ἕνεκα τοῦ σύμπα-
σαν τὴν οὐσίαν εἰς αὐτὸν ἐξαναλῶσθαι· ἀγήρως δὲ καὶ ἄ-
νοσος, ἐπειδὴ τὰ νόσοις καὶ γήρᾳ σώματα ἁλωτὰ,
θερμότησι καὶ ψύξεσι, καὶ ταῖς ἄλλαις ἐναντιότησι
προσεμπιπτούσαις ἔξωθεν ἰσχυρῶς ἀνατρέπεται, ὧν
οὐδεμία δύναμις ἀποδρᾶσα κυκλοῦται, καὶ ἐπιτί-
θεται παθῶν, μηδενὸς ἀποστάντος μέρους, ὁλο-
κλήρων ἐγκατειλημμένων εἴσω. εἰ δ' ἄρα τι ἐστὶν ἐκ-
τὸς, πάντως ἂν εἴη κενὸν, ἢ ἡ ἀπαθὴς φύσις, ἣν ἀδύ-
νατον παθεῖν τι ἢ δρᾶσαι. καὶ μὴν οὐδὲ ὑπό τινος αἰ-
τίας διαλυθήσεται τῶν ἐντὸς αὐτοῦ. πρότερον μὲν, ἐπει-
δὴ τοῦ ὅλου τὸ μέρος καὶ μεῖζον ἔσται καὶ κραταιότερον, ὅ-
περ ἐστὶν ἀτοπότατον. ὁ γὰρ κόσμος ἀνυπερβλήτῳ κράτει
χρώμενος ἄγει τὰ μέρη πρὸς μηδενὸς αὐτοῦ ἀγόμενος.
hoc est, *Hæ vero rationes, quæ mundũ neq; genitũ esse, neque interiturũ affirmant, ex proprijs illorum ducta principijs, qui ipsum interiturum concedunt, priore loco sunt reponendæ, vt eorum quæ cernimus habere rationem videamur. Duas nanque illi esse causas cur res pereant, interiorem vnam, alteram externam statuunt. Nam ferrum & æs, atque huius generis substantias aboleri ex se ipsis comperias cum in æruginem incidũt, quæ illas in modum serpentis morbi inuadens exedit. Ex causis vero externis interitus accidit; quando domus aut ciuitas vi coniecto igne incensa deflagrat, & dissoluitur. Pari modo & animalia partim morbo ex ipsis*

correpta, partim vi externa, dum iugulantur aut exuruntur, aut turpi ſuſpendij morte afficiuntur, interimi ſolent. Item igitur ſi interiturus eſt mundus, id quidem eueniet, aut aliqua interiore cauſa, aut externa: quorum neutrum fieri poteſt: nam extra mundum nihil reliquum eſt, cum omnia in eius complementum collata fuerint. ita vnus erit integer, & ſenio carens; vnus quidem, quoniam ſi quid remanſiſſet, alius ei qui nunc eſt, ſimilis omnino factus fuiſſet. integer vero propterea quòd in ipſo cōſtruendo vniuerſa eius ſubſtantia conſumpta eſt. Neque item ſenij, neque morbi particeps eſt, quia corpora, quæ morbis & ſenio obnoxia ſunt, externo quoque & valido caloris & frigoris aliarúmque rerum contrariarum appulſu intereunt, quarum ſanè facultatum nulla vis aufugit, quæ illum circumuenire, aut aliqua ratione aggredi valeat, cū nulla quidem eius portio abſceſſerit, ſed omnes intus clauſæ, comprehenſæque ſint. Ergo ſi aliqua externa ſit cauſa, ea omnino inanis, aut natura quædam impatibilis, quæ nec agere quidpiam nec pati poſſit, præterea nec ab interiori diſſoluetur ob illud in primis, quod pars quàm totum erit maior ac valentior, quod ſanè abſurdiſsimum. Mundus enim incredibili robore ſuas partes exuperat, quas quidem agit & mouet, ipſe vero à nulla earum viciſſim mouetur agitatúrque.

Pag. 20. v. 5. Οὐδὲ ἀντιπερίστασις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα, καθάπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ γῆς.] His Ocelli verbis ſatis perſpicuum eſt huius

huius Græci nominis, quod eſt, ἀντιπερίστασις inuentorem (vt nonnulli ſomniant) non fuiſſe Ariſtotelem. Nam Ocellus ætate Ariſtotelem longè anteceſſit. hāc ego Antiperiſtaſin (quāuis fortaſſe nimis licenter) contrarii circunſtantiam transferre volui. Nec ſum deterritus quod Theodorus Gaza circum obſiſtendi rationem, reciprocationem Hermolaus Barbarus, alij aduerſum conatum cōuerterint. Cauſam interpretationis expoſui in illa Epiſtola Veronenſi, quæ eſt ad Timotheum Iuſtum ſobrinum meum, qui paucis his diebus dum hæc ſcriberē, cum meo magno dolore ex hac vita migrauit: in qua quidē epiſtola duplicem oſtendi in natura reperiri ἀντιπερίστασιν, Platonis vnam (tametſi eo vocabulo nunquam vſus eſt Plato) alteram Ariſtotelis, quam ipſe ex hoc Ocelli opuſculo, ſi non ex alio, fortaſſe mutuatus eſt. Verum hæ duę ἀντιπεριστάσεις lōge inter ſe differunt. prima enim loci mutatione, ſecunda alteratione qualitatum effici ſolent.

Pag. 23. v. 11. Hanc naturalium cauſarum diſtinctionem (aliis tamen verbis) ſic in Academicis expreſſit Cicero: *De natura autem (id enim ſequebatur) id dicebant, vt eam diuiderent in res duas, vt altera eſſet efficiens, altera quaſi huic ſe præbens, eā qua efficeretur aliquid in eo, quod efficeret, vim eſſe cenſebant, in eo autē quod efficeretur, materiam quandam.* Idem primo de

Finibus & in Topicis. Ex quibus quidē locis facile colligi poteſt vere locutum Ariſtotelē, cum in libro de ortu animalium & alibi dixit, veteres naturæ interpretes, quos ſequitur Cicero, duas rerum tantummodo vidiſſe cauſas, effectricem & materiam.

Ibid. 20. Τὸ τὲ ἄπαθες μέρος τοῦ κόσμου καὶ τὸ ἀκίνητον] melius arbitror ſi legatur, τὸ τὲ ἀειπαθὲς μέρος, καὶ ἀεικίνητον: vt ſit ſenſus ſemper patibilem, & ſemper mobilem partem diſtinguunt ac ſeparant. nam in fine huius capitis vtranque complectens naturam, & quæ infra & quæ ſupra Lunam eſt, ita dicet: τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δ᾽ ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννητοῦ κόσμου ἄρα ἐστίν. Mercurij Triſmegiſti locū adumbraſſe Ocellus mihi viſus eſt, quamuis ille de duobus loquatur animalium generibus. ſic enim ſcribit in Pœmandro: Θεάσαι δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀθανάτων ὅσον ἐστὶ καὶ τῶν θνητῶν, μέσην δ᾽ ἀμφοτέρων ζώων ἀθανάτων καὶ θνητῶν τὴν σελήνην περιπορευομένην. hoc eſt, *contemplare quanta animalium & immortalium & caducorum vis exiſtat, vtque inter vtranque genus lunæ circuitus medius interiectúſque ſit.*

P. 24. 15. Ἡ ὕλη, quæ Latine dicitur materia, verbum Ciceronis temporibus (vt ipſe innuit in Academicis) non ſatis vſitatum & tritum, nunquam Plato vſus eſt, præſertim cum de ea agit materia, quæ eſt rerum naturalium

initium

initium. quamuis eandem pluribus explicet nominibus, quorum duo sumpsit ex Ocello & Timęo Locro, quę sunt πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον. τὴν ὕλην tamen & Mercurius Trismegistus in Pœmandro & Timæus Locrus antea vsurparunt. Verum illud addo, quod alias prætermisi, Platonem artificiosam materiā τῆς ὕλης vocabulo nuncupasse. à qua etiam formauit, διϋλάζω verbum, & participium διϋλασμένος. sic in Timæo scribit, Οἷ' οὖν δὴ τὰ νῦν οἷα τέκτοσιν ἡμῖν ὕλη παράκειται τὰ τῶν αἰτίων γένη διϋλασμένα. Ocellus autem noster vtranque materiam, tam artificiosam quàm naturalem ὕλην appellauit. Hunc locum de tribus rebus, quæ generationi sunt necessariæ, ex Ocello mutuatus est Aristoteles, & in suum de ortu & interitu secūdum volumen retulit his verbis: Ἡμεῖς δὲ φαμὲν ὕλην τινὰ τῶν σωμάτων αἰσθητῶν, ἀλλὰ ταύτην οὐ χωριστὴν, ἀλλὰ μετ' ἐναντιώσεως, ἐξ ἧς γίνεται καὶ τὰ καλούμενα στοιχεῖα. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ἑτέροις ἀκριβέστερον. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐστὶν ἐκ τῆς ὕλης τὰ σώματα, πρῶτα διωριστέον, καὶ περὶ τούτων ἀρχὴν, καὶ πρῶτον ὑποθεμένοις εἶναι τὴν ὕλην τὴν ἀχώριστον μὲν, ὑποκειμένην δὲ τοῖς ἐναντίοις· οὐ γὰρ τὸ θερμὸν ὕλη τῷ ψυχρῷ, οὐδὲ τοῦτο τῷ θερμῷ, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον ἀμφοῖν. ὥστε πρῶτον μὲν δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή. quod est, *Nos verò corporum, quæ percipiuntur sensu, quandam esse materiam asserimus inseparabilem & cum re contraria*

coniunctam, vnde oriuntur, quæ appellantur elementa, sed de iis alio in loco accuratius disputauimus. verum cum primum corpora efficiantur ex materia, ita agendum est, vt materiam esse rerum contrariarum principium, & primum statuamus, inseparabilem quidem, sed iisdem subiectam, ac substratam. non enim calor frigoris, nec frigus caloris habetur materia, immo potius quod vtrique substernitur. quare primum corpus, quod potestate sub sensum cadit, principium est.

Pag. 27.6. Aristoteles ibidem Ocellũ secutus, δεύτερον δὲ (inquit) αἱ ἐναντιώσεις, λέγω δὲ, οἷον ψυχρότης καὶ θερμότης. id est, *secundo res contrariæ (dico frigus & calorem) necessariæ sunt.* ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται. Ex iis Ocelli verbis Simplicium merito posse reprehendi perspicue cernitur, qui Platonis sui, cuius dialogos frequenter legerat, videtur oblitus. Nam cum Aristotelẽ ipse libro 5. de Physica auscultatione sic loquentem animaduertisset, ἡ μὲν οὖν κατὰ ποιὸν κίνησις, ἀλλοίωσις ἔστω, locum exponens ait, ἔοικε τὸ τῆς ἀλλοιώσεως ὄνομα αὐτὸς ἐπιθεῖναι τῇ κατὰ ποιὸν κινήσει, id est, *videtur motui, qui per quale agitur, alterationis nomen imposuisse.* Quod tamen constat esse falsum. nam Ocellus & Timæus Locrus, ac post ipsos etiam Plato, hoc mutationis genus eadem appellatione nuncuparunt. sic enim Timæus in libello de natura mundi & anima, κατὰ δὲ ταῦτα αἱ τῶν αἱμάτων τροπαὶ καὶ ἀλλοιώσεις.

Plato

Plato quoque in Theæteto, τοῦτο μὲν τοίνυν ἓν ἔσω εἶδος. ὅταν δὲ ᾖ μὲν ἐν τῷ αὐτῷ, γηράσκει δὲ, ἢ μέλαν ἐκ λευκοῦ, ἢ σκληρὸν ἐκ μαλακοῦ γίνεται, ἤ τινα ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιοῦται, ἆρα οὐκ ἄξιον ἕτερον εἶδος φάναι κινήσεως, ἀναγκαῖον μὲν οὖν δύο δὴ λέγεται τούτω εἴδη κινήσεως, ἀλλοίωσιν τὴν καὶ περιφοράν. idem in Parmenide: ὅτι κινούμενον ἢ φέροιτο ἢ ἀλλοιοῖτο ἄν, αὗται γὰρ μόναι κινήσεις, ναὶ, ἀλλοιούμενον καὶ τὸ ἓν ἑαυτοῦ ἀδύνατον οὐκ ἄρα κατ᾽ ἀλλοίωσίν γε κινεῖται.

Præterea Mercurius Trismegistus, qui (vt Lactantij Firmiani ex primo libro diuinarum institutionum vtar verbis) vir fuit antiquissimus & instructissimus in omni genere doctrinæ, adeo vt ei multarum rerum scientia Trismegisti nomen imponeret, ἀλλοιώσεως nomen motui qualitatis inditum esse non ignorauit. quod sanè ostendit, ita scribens in Pœmandro: Πρὸς ταῦτα ὁ Ποιμάνδρης εἶπε πρῶτον ἐν τῇ ἀναλύσει τοῦ σώματος ὑλικοῦ παραδίδωσιν αὐτὸ σῶμα εἰς ἀλλοίωσιν. Illud silentio præterire nõ possum, quod primo de ortu & interitu scriptum reliquit Ioannes Grammaticus, mutationem, quæ ratione ipsius qualis in Vlyssem facta est, Homerum ἀλλοίωσιν nuncupasse, cum illud protulit carmen:

Α᾽λλοῖος μὲν ξεῖνε φάνης νέον ἠὲ πάροιθεν (sic enim Thelemachus patrem affatur mutatum à Pallade) in quo quidem ipsum ait ἀλλοῖον non autem ἄλλον sibi videri. Hoc vocabulum δύ-

ναμις, quod ſæpenumero (vt ex hoc Ocelli codice ſatis perſpicuum eſt) qualitatem tertiæ ſpeciei ſignificat, frequens eſt apud antiquos philoſophos, qui ſcripſerunt ante Ariſtotelis tempora. ſic enim Timæus Locrus in eodem libello Dorico vtens ſermone, νόσων δὲ ἀρχαὶ τῶν πρώτων δυναμίων ἀσυμμετρίαι εἴκα πλεονάζοιεν, ἢ ἐλλείποιεν, ταὶ ἁπλαὶ δυνάμεις, θερμότας ἢ ψυχρότας, ἢ ὑγρότας ἢ ξηρότας. ita quoque Plato ſcribit in Timæo: ἔτι ὀξείαις καὶ ἁλμυραῖς δυνάμεσι χολὰς καὶ ἰχῶρας καὶ φλέγματα ἔχει παντοῖα. Ariſtoteles etiam in eadem ſignificatione & in quarto Meteor. & alibi τὴν δύναμιν frequēter vſurpat: ſed illud tamen palam dicam, vt iuuenes admoneā, non recordari, me in Hippocratis commentariis, nec in Ocelli, nec in Timæi Locri opuſculis τὴν ποιότητα vnquam legiſſe, tametſi id eſſe philoſophorū, non vulgi verbum in Academicis affirmat Cicero, à Mercurio Triſmegiſto vetere admodū & priſco Theologo ſæpius, ſemel à Platone vſurpatum cōperi, qui ſic in Thæeteto: καὶ τὸ μὲν πάσχον αἰσθητὸν, ἀλλ᾽ οὐκ αἴσθησιν, ἔτι γίγνεσθαι, τὸ δὲ ποιοῦν ποιόν τι, ἀλλ᾽ οὐ ποιότητα. ἴσως οὖν ποιότης, ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα, καὶ οὐ μανθάνεις ἀθρόον λεγόμενον. id eſt: *ac patiens quidem ſenſum monet, non tamen efficitur ſenſus, ac faciens quale quoddam eſt, ſed non qualitas. fortaſſe igitur qualitas alienum & extraneum tibi eſſe videtur nomen, nec, vt ſæpius dictum, intelligis.* Quæ quidem

dem verba cum (vt arbitror) vidiſſet Ariſtoteles, veluti à Platone diſſentiẽs, qui τὴν ποιότητα vocabulum ἀλλόκοτον ſibi videri dixerat, de qualitate agere in Categoriis ſic fidenter incepit: Ποιότητα δὲ καλῶ, καθ' ἣν ποιοί τινες λέγονται. qui ſanè ad hũc modum locutus eſt, nõ vt ſe huius nominis inuentorem, & quaſi architectum (vt nonnulli falſo putant) profiteretur, ſed potius, vt id ſuo iudicio, rei naturæ proprium, & accommodatum oſtenderet, quemadmodum etiam cum eodem Magiſtro ſuo conſentiens in analyticis protulit, ὅρον δὲ καλῶ.

Ibid. 14 Hanc etiam partem ab Ocello accepit Ariſtoteles. qui ſic ait eodem libro: Τρίτον δ' ἅμα πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦτα. ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα, καὶ οὐχ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ ἄλλοι λέγουσιν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἀλλοίωσις· αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι. *Tertio neceſſaria quoque ſunt ea corpora, ignem dico, & aquam & quæcumque huius generis. nam elementa viciſsim mutantur, non tamen eo modo, quo Empedocles & alij aſſerunt: res contrariæ non item.*

Ibid. 19. Λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων] ita legitur in Ocelli opuſculo Romæ deſcripto, & ad me Veronam tranſmiſſo. idem tamen Louanij impreſſum ſic habet: Λόγον γὰρ ἀσώματον τυγχάνουσι· τούτων δὲ τῶν- priorem lectionem, vt quæ melior & clarior ſit, magis probo.

Pag.27. 20. Aristoteles in hanc sententiam libro secundo de ortu & interitu: θερμὸν δὲ καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, τὰ μὲν τῷ ποιητικὰ εἶναι, τὰ δὲ τῷ παθητικὰ λέγεται, id est, *calor & frigus, siccitas & humor, illæ qualitates quia vim habent agendi, hæ quoniam patiendi, nomen adeptæ sunt.* quem locum accuratè admodum exposuit Ioannes Grammaticus. hoc idem quod illic dixit Aristoteles, repetit libro quarto Meteor.

Pag.29.v.8. Cicero in Academicis, qui Ocelli forte opusculum viderat, hanc qualitatum diuisionem sic distributã interpretatur: *Earum igitur qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. principes sunt vnius modi & simplices. ex his autẽ ortæ variæ sunt, & quasi multiformes.*

Ibid.20. Hunc locum ferè totum ex Ocello sumpsit Aristoteles & in secundo de ortu & interitu suis rationibus accommodauit, ita scribens:

Τὸ δὲ πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἡ γὰρ πῆξις καὶ ζέσις ὑπερβολαί τινές, ἡ μὲν ψυχρότητος, ἡ δὲ θερμότητος. εἰ οὖν κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ πῦρ ἔσται ζέσις θερμοῦ καὶ ξηροῦ. διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὔτε ἐκ πυρός. Verum Aristoteles cum id conclusit, Ocellum secutus, διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὔτε ἐκ πυρὸς, à se ipso videtur dissentire; quippe qui libro 5. de Historia animal. tam ex niue, quæ gelatio quædam est, quàm ex igne oriri posse animal asserat.

Nam

Nam Plinius ciuis meus Ariſtotelis locum ſic interpretatur.

Quin etiam in iis, quæ putredinem nullam poſſe recipere exiſtimãtur, naſci animalia nouimus, vt vermes in niue vetuſtiore, qui hirti ſunt pilis & rubidi. quoniam & ipſa nix vetuſtate rubeſcit. ſed in niue mediæ terræ candidi & grandiores inueniuntur, torpent omnes, & difficulter mouentur.

Idem ſtatim de igne.

In Cypro ærariis fornacibus, vbi chalcites lapis pluribus diebus crematur, beſtiolæ in medio igne naſcuntur pennatæ, paulo muſcis grandioribus maiores, quæ per ignem ſaliunt, atque ambulant. emoritur & hoc genus, cum ab igne dimotum eſt.

Sed cum primo Meteor. libro dixerim philoſophum facile poſſe cum ſe ipſo conciliari, eo quod aliter in extrariis, aliter in auſcultatoriis libris ſuis loqui ſolitus ſit, idem nũc repetere ſuperuacaneum arbitror.

Verum illud velim conſideret diligens lector: qua nam moti ratione Plinius & Theodorus Gaza illa Ariſtotelis verba ἐκ τῆς ἐν εὐδίᾳ χιόνος, *in niue mediæ terræ* conuerterint.

Pag. 31. 12. Ariſtoteles in eodem ſecundo.

Καὶ ἄκρα μὲν, καὶ εἰλικρινέστατα πῦρ καὶ γῆ, μέσα δὲ καὶ μιγνύμενα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀὴρ, καὶ ἑκάτερα δὲ ἑκατέροις ἐναντία, πυρὶ μὲν γὰρ ἐναντίον τὸ ὕδωρ, ἀέρι δὲ γῆ. ταῦτα γὰρ ἐκ τῶν ἐναντίων παθημά-

τῶν συνέστηκεν: *Ignis quoque & terra extrema & sincerißima sunt, media & magis admista aqua & aer, & vtraque vtrisque contraria. aqua enim igni, aeri terra repugnant & aduersantur: quippe quæ ex contrariis qualitatibus concreta sint.*

Ibid.18. Hæc eadem ferè omnia secundo de ortu & interitu repetit Aristoteles, vbi quonam modo aër sit humidior quàm aqua, perspicuè declarauit Ioannes Grammaticus.

P.39.8. Ocellus & Aristoteles de elementis vt vicissim mutẽtur, egerunt. ille enim primũ duo posuit mutationum genera, vnum quod à terra ad ignem sursum ascendit, alterum quod deorsum agitur, vt cum aër ex igne, ex aëre aqua, ex aqua terra oritur; quæ quidẽ duæ generationes, seu mutationes vna tantum mutatio quæ in orbem efficiatur, ab Aristotele esse dicitur, & ea quidem illorum elemẽtorum, quæ deinceps & loci ordine se consequuntur. Addit etiam tertium genus, quod sanè est, cũ vtriusque elementi contraria remanet facultas, cognata vero & similis tollitur: sed cum in ea mutatione nullum gignatur elementum, nihil ipsius Aristoteles meminit. Adiungit idem Ocellus aliam quandam mutationem κατ᾽ ἐναλλαγὴν, id est, per internitionem fieri (quãuis apud eũdem etiam legatur κατ᾽ ἀναλλαγὴν) quæ quidem qua ratione eueniat, ipse declarat dicens eam effici, cum totum superat totum, & duæ facultates sic intereunt, vt nulla illis

illis corporibus seruetur communis. Hos mutandi modos intellexit Aristoteles, quos tamē aliis verbis explicuit, cum mutationem elementorum in facilem, ac difficilem, in velocē & tardam generatim distinxit. Cuius quidem diuisionis primam particulam elementis, quæ proxima sunt καὶ σύμβολα ἔχει, tribuit; alteram vni extremo & medio, quorum aliud domat & comprimit aliud, & duæ contrarię destruūtur qualitates; vt cum ignis ex aqua, aut ex aëre oritur terra, vel contra cum aqua in ignem vel terra in aërem mutatur & vertitur.

Verum vnū adhibuit Aristoteles, quod ab Ocello fuerat omissum, ex duobus elementis summe contrariis tertium gigni posse: verbi gratia, ex igne & aqua, aerem & terram, atque ex aere & terra, ignem & aquam: ídque tunc euenire, cum vtriusque vna qualitas deperditur, altera conseruatur. Aristotelis verba, quibus has elementorum mutationes ab Ocello sumptas declarauit, hæc sunt ex secundo libro de ortu & interitu.

Aristotelis Particula XXV.

Ἤδη καθ' ἕκαστον οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν πῶς. ἅπαντα γὰρ ἐξ ἁπάντων, διοίσει δὲ τῷ θᾶττον καὶ βραδύτερον, καὶ τῷ ῥᾷον καὶ χαλεπώτερον. ὅσα μὲν γὰρ ἔχει σύμβολα πρὸς ἄλληλα, ταχεῖα τούτων ἡ μετάβασις· ὅσα δὲ μὴ ἔχει, βραδεῖα, διὰ τὸ ῥᾷον εἶναι τὸ ἓν, ἢ τὰ πολλὰ μεταβάλλειν. οἷον ἐκ πυρὸς μὲν ἔσται ἀὴρ θᾶττον μεταβάλλοντος τούτου. τὸ μὲν γὰρ ἦν θερμὸν καὶ ξηρὸν, τὸ

ἢ θερμὸν καὶ ὑγρόν. ὥστε ἂν κρατηθῇ τὸ ξηρὸν ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ, ἀὴρ ἔσται. πάλιν δὲ ἐξ ἀέρος ὕδωρ, ἐὰν κρατηθῇ τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ· τὸ μὲν γὰρ ἦν ὑγρὸν καὶ θερμόν, τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν. ὥστε μεταβάλλοντος τοῦ θερμοῦ ὕδωρ ἔσται. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐξ ὕδατος γῆ, καὶ ἐκ γῆς πῦρ, ἔχει ἄμφω πρὸς ἄμφω σύμβολα. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ὥστε κρατηθέντος ὑγροῦ γῆ ἔσται. καὶ πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν πῦρ ξηρὸν καὶ θερμόν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρόν, ἐὰν φθαρῇ τὸ ψυχρόν, πῦρ ἔσται ἐκ γῆς. ὥστε φανερόν, ὅτι κύκλωτε ἔσται ἡ γένεσις τοῖς ἁπλοῖς σώμασι, καὶ ῥᾷστος οὗτος ὁ τρόπος τῆς μεταβολῆς, διὰ τὸ σύμβολα ἐνυπάρχειν τοῖς ἐφεξῆς.

Iam vero quonam modo id accidat, videre non est difficile: omnia enim orientur ex omnibus: sed differt, eo quod celerius & tardius, facilius & magis difficulter efficiatur mutatio. nã quæ cognata sunt, & communem habent qualitatem, horum velox est transitus: quæ autem non habent, tardus. propterea quod vnum quàm multa facilius mutationem recipit, vt ex igne orietur aer, eo vno celerius immutato. nam alter calidus & siccus, alter calidus humidúsque est. Quare si ab humore destruatur siccitas, aer generabitur: ex aere item prodibit aqua, si calorem frigus exuperet. si quidem ille erat calidus & humidus, hæc vero frigida & humida. Quapropter si mutetur calor, erit aqua, similiter ex aqua oritur terra, atque ex terra ignis (vtraque enim vtrique cognata est) nam aqua frigida & humida, & terra frigida siccáque percipitur. vnde si

de ſi domitus fuerit humor, prodibit terra. præterea cum ignis ſiccus ſit & calidus, terra autem frigida & ſicca, ſi aboleatur frigus, ignis orietur & terra. Itaque generationem in orbem ſimplicibus ineſſe corporibus ſatis perſpicuum eſt, cum elementa quæ ordine loci ſe conſequuntur, cognationem habeant.

Ariſtotelis Particula XXVI.

Ἐκ πυρὸς μὲν ὕδωρ, καὶ ἐξ ἀέρος γῆν, καὶ πάλιν ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀέρα καὶ πῦρ ἐνδέχεται γίνεσθαι· χαλεπώτερον δὲ διὰ τὸ πλειόνων εἶναι μεταβολήν. ἀνάγκη γὰρ εἰ ἔσται ἐξ ὕδατος πῦρ, φθαρῆναι καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ὑγρόν. καὶ πάλιν εἰ ἐκ γῆς ἀὴρ, φθαρῆναι καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος ὕδωρ καὶ γῆ, ἀνάγκη ἀμφότερα μεταβάλλειν. αὕτη μὲν οὖν χρονιωτέρα ἡ γένεσις. *Mox etiam ex igne aqua, & terra ex aere; ac rurſus ex aqua & terra aer & ignis oriri poſſunt, quamuis id difficilius accidat; nam plurium requiritur mutatio. ſi enim ignis ex aqua fieri debeat, vt humor & frigus corrumpantur neceſsitas cogit: item ſi aer ex terra, frigus & ſiccitas interimendæ ſunt. eadem ratione ſi ex igne & aere terra & aqua gignantur, ambæ qualitates mutentur, neceſſe eſt. Atque hæc quidem longior & diuturnior habetur generatio.*

Hoc mutationis genus, in quo duæ elemẽtorum delentur qualitates, in XXVI. particula expoſitũ eſt, quam mutationem appellauit Ocellus καθ᾽ ἐναλλαγὴν, eámque fieri dixit cum totum ſuperat totum, & duæ qualitates inter-

eunt ſic, vt nulla communis remaneat. mutatio igitur κατὰ τὴν ἐναλλαγὴν, Latine mutatio per internitionem, ſiue vniuerſa qualitatum conſumptio reddenda eſt.

Ariſtotelis Particula XXVII.

Ἔαν δ' ἑκατέρου θάτερον φθαρῇ, ῥᾷον μὲν, οὐκ εἰς ἄλληλα δὲ ἡ τούτων μετάβασις, ἀλλ' ἐκ πυρὸς μὲν καὶ ὕδατος ἔσται γῆ καὶ ἀὴρ, ἐξ ἀέρος καὶ γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ. ὅταν μὲν γὰρ τοῦ ὕδατος φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς ξηρὸν, ἀὴρ ἔσται· λείπεται γὰρ τοῦ μὲν τὸ θερμὸν, τοῦ δὲ ὡσαύτως τὸ ὑγρόν. ὅταν δὲ τοῦ μὲν πυρὸς τὸ θερμὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρὸν, γῆ διὰ τὸ λείπεσθαι τοῦ τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ τὸ ψυχρόν. ὡσαύτως καὶ ἐξ ἀέρος καὶ γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ, ὅταν μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, τῆς δὲ γῆς τὸ ξηρὸν, ὕδωρ ἔσται. λείπεται γὰρ τοῦ μὲν τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ τὸ ψυχρόν. ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τῆς δὲ γῆς τὸ ψυχρὸν, πῦρ, διὰ τὸ λείπεσθαι τοῦ μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἅπερ ἦν πυρός. *At ſi vtriuſque altera deſtruatur, facilis quidem, ſed non mutuus erit tranſitus, quin immo ex igne & ex aqua terra & aer, & ex aere & ex terra aqua & ignis ortum habebunt. Nã cum aquæ frigus & ſiccitas ignis interibunt, orietur aer. ſiquidẽ huius calor, illius humor pariter relinquitur. Quod ſi calor ignis & aquæ humor deſtruantur, efficitur terra. nam ignis ſiccitas, & aquæ frigus remanet. Similiter ex aere & terra ignis & aqua gignitur. Nam ſi aeris calor & terræ ſiccitas diſsipetur, orietur aqua. humor enim aeris, & terræ frigus cuſtoditur illæſum. Cũ vero humor*

mor aëris & terræ frigus diſpereunt, exultat ignis: propterea quod illius quidē calor, huius autē ſeruatur ſiccitas, quæ quidē ipſius ignis qualitates ſunt.

Hanc mutationem, qua ex duobus elementis ſumme contrarijs tertium generatur, Ocellum ignoraſſe, cum de ea nihil ſcripſerit, facile ſuſpicari poſſumus. verū hortor & moneo illud hominum genus, qui Diui Thomæ Aquinatis & Ioannis Duns Scoti diſciplinam pertinaciter defendunt, vt hūc Ariſtotelis locum de mutatione elementorum accurate cōſiderent ac perpendant. nam ſi fecerint, ipſos non arbitror poſthac tā audacter negaturos, eandem numero in re quæ interierit, & quæ orta ſit, ſeruari qualitatem ac conſiſtere.

P. 43. 4. Μετάρσιος, verbū Græcū Latine ſublimis interpretatur, quo vſus Mercurius Triſmegiſtus in Pœmandro (tametſi μετάρσιον pro excellenti & præſtanti accipiat) cum ait: ἀλλὰ εὐθὺς ἀπεκύησεν ἑπτὰ ἀνθρώπους πρὸς τὰς φύσεις τῶν ἑπτὰ διοικητέρων ἀρρενοθήλυας καὶ μεταρσίους. Sed infra in eodē dialogo μετάρσιον ſumit pro animali pennigero & aërio, ſic ſcribens: ἐκεῖνο δὲ ὅρα ὦ τέκνον, ὅτι ἕκαστον τῶν ζώων, ἐνὶ μέρει ἐπιφοιτᾷ τοῦ κόσμου, τὰ μὲν ἔνυδρα τῷ ὕδατι, τὰ δὲ χερσαῖα τῇ γῇ, τὰ δὲ μετάρσια τῷ ἀέρι. Idem reperitur vocabulum pro ſublimi vſurpatum à Philone Iudæo tum in opuſculo περὶ κατὰ φύσεως ἄρχοντος, tum etiam περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. Ocellus (vt ſatis conſtat) μετάρσιον ſumit pro aerio: atque

eam mundi partem intelligit, quæ igni & aëri tributa eſt, quam quidem dicit poſtea à Dæmonibus occupatam. Verum Ariſtoteles non hanc regionem inter cælum terrámque conſtitutam μετέωρον vocauit, ſed omnes eas res, quæ in eadem gignuntur & apparent. vnde ſuo commentario περὶ τῶν μετεώρων titulum impoſuit, in quo diſputari περὶ τῶν μεταρσίων Olympiodorus Ariſtotelis interpres aſſerit. μετάρσιον quoque in eadem ſignificatione accipitur à Laertio in Epicuri vita. Quid autem ſit propriè μετέωρος, abunde iam dixi cum illius libri inſcriptionem explicarem.

Ibid. 22. Μεταρσίῳ δὲ ἀερίῳ πνεύματα καὶ ἄνεμον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον. In ſublimi & aeria regione duæ fiunt mutationes, vnam cum exhalatio calida & ſicca è terris excitata calidior redditur, ex aqua ſtellarum crines & traiectiones apparẽt, quæ quidem in ſuprema aeris parte (hæc autẽ ab Ariſtotele dicitur ὑπέκκαυμα, id eſt, fomes ſuccendens) gignuntur. Hoc ſanè idem eſt, quod ignis elementum. Altera accidit mutatio, cum vapor calidus & humidus, qui ex aquis tollitur, in nubium loco, qui frigidus eſt, vi frigoris concreſcit, & in pluuiam, niuem, & grandinem conuertitur. Nam grando contrarij caloris circunſtantia, quæ Grçce nuncupatur ἀντιπερίστασις, qua exhalationis augetur frigus, cogi ſolet.

Ibid.

Ibid. Ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες] Ocelli hæc ſunt verba, quibus eſſe Dæmones cenſuiſſe ſatis perſpicuum eſt. quam ſententiã ſecutus eſt Plato, qui quatuor Dæmonum genera poſuit. Ariſtoteles vero (vt omnes contendunt Peripateticæ ſectæ philoſophi) Dæmonas eſſe omnino negauit, quippe qui nullã aſſeruerit inueniri mentem à materia ſeparatam, quæ aliquam cæleſtem ſphæram nõ moueat. Verum ipſe libro tertio de ortu animaliũ eoſdem aſſerere viſus eſt, ſed non incorporeos. Eius locum aſcribere libuit, vt qui legerint, melius iudicent an quod ipſe ſenſerit, locutus ſit, & ſcriptum reliquerit, cap. x: Τὸ δὲ τέταρτον γένος οὐκ ἐπὶ τούτων δεῖ ζητεῖν, καίτοι βούλεταί γέ τε κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς εἶναι τάξιν· τοῦτο γὰρ καὶ τέταρτον ἀριθμεῖται τῶν σωμάτων· ἀλλὰ μὲν πῦρ ἀεὶ φαίνεται τὴν μορφὴν οὐκ ἰδίαν ἔχον, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ σωμάτων. ἢ γὰρ ἀὴρ ἢ καπνὸς ἢ γῆ φαίνεται τὸ πεπυρωμένον. ἀλλὰ δεῖ τοιοῦτον γένος ζητεῖν ἐπὶ τῆς σελήνης. αὕτη γὰρ φαίνεται κοινωνοῦσα τῆς τετάρτης ἀποστάσεως. ἀλλὰ περὶ τούτων ἄλλος ἂν εἴη λόγος. i. *Verum quartũ genus in ijs non eſt quærendum, quamuis ipſius ignis ordo requirat vt ſit, id enim quartum inter corpora numeratur: verum ignis propriam habere formam nunquam apparet niſi in alio corpore. Nam quod igneſcit, aut aer, aut fumus, aut terra eſſe cernitur. Hoc autem genus proxime infra Lunã quærere neceſſe eſt. quippe quæ quantæ diſtantiæ ſiue abſceſſus particeps*

ſit. ſed de iis alia fuerit diſputatio.

P. 44. 13. Plinius tamen ciuis meus Cadmum Mileſium primum hiſtoriam condidiſſe tradit libro VII.

P. 55. 20. Ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸς τὴν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν] *vt ante annos viginti rerũ venerearum vſum non quærat.* in hanc ſententiã Cæſar libro VI. de bello Gallico, de Germaniæ moribus loquens, *Intra annũ* (inquit) *XX. fœminæ notitiam habuiſſe in turpiſsimis habent rebus.*

P. 56. 3. Plato lib. v. de Rep. hæc Ocelli præcepta vidiſſe palã oſtendit: qui tametſi plures enumeret cognationis gradus, à quibus abſtinere nos oporteat, coitũ tamen cũ ſorore non videtur prohibere. verba Platonis hæc ſunt: Ὅταν δὴ οἶμαι αἵ τε γυναῖκες καὶ οἱ ἄνδρες τοῦ γεννᾶν ἐκβῶσι τὴν ἡλικίαν, φήσομέν που ἐλευθέρους αὐτοὺς συγγίνεσθαι ᾗ ἂν ἐθέλωσι πλὴν θυγατρὶ καὶ μητρὶ, καὶ ταῖς τῶν θυγατέρων καὶ ταῖς ἄνω μητρός. καὶ τὰς γυναῖκας αὖ, πλὴν ὑεῖ καὶ πατρὶ, καὶ τοῖς τῶν τοιούτων εἰς τὸ κάτω καὶ εἰς τὸ ἄνω.

Pag. 59. 8. Hoc eodem exemplo vſus eſt Plato libro quinto de Rep. vbi nobis ſuadet vt in gignendis liberis eos imitemur, qui belluarum ſtudioſi dant operam, vt ex optimis canibus, equis & auibus, optima oriatur proles. Platonis verba huic loco breuitatis cauſa apponere nolui, cum nimis multa ſint, tum maximè quòd vulgo habeantur bene cõuerſa.

Ὡς δεῖ

Ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς] his verbis modos exprimit Ocellus, qui in generandis animalibus seruãdi sunt. Hos τὰς περιστάσεις appellant Græci, circunstantias Latine reddunt. Tum Seneca in quæstionibus Naturalibus, tũ etiam Quintilianus libro v. suarum institutionum. Similiter circunstantias quæ in dandis requiruntur pecuniis, secundo de Moribus libro Aristoteles sic enumerat: Καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι ῥᾴδιον, τὸ δ' ᾧ καὶ ὅσον καὶ ὅτε καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὥς, οὐκ ἔστι παντός, οὐδὲ ῥᾴδιον.

Ibid. 18. Huic libello nonnulla deesse arbitror, ea adductus ratione, quòd Ocellus in fine huius vltimi capitis (id quod fecerat in aliorum calce) quæ prius explicuit, non recensuit.

NOGAROLÆ COMITIS

EPISTOLA AD ADAMVM FVMANVM CANONICVM VERONENſem ſuper Viris illuſtribus genere Italis, qui Græcè ſcripſerunt.

CVM proximè Ocelli Lucani de Vniuerſitate libellum conuertiſſem, Adame, tametſi non ignorabam id me non eſſe aſſecutum quod volebam, tamē ipſe mecum vehementer lætabar, quòd rudibus, & ignaris Græcæ linguæ hominibus nonnihil profuiſſem, tum maximè quia in eruendo è tenebris viro, qui ſuis cōmmētariis Græcæ ſcriptis Italiam plurimū exornaſſet, operæ quidpiam & laboris conſumpſeram. De quo quidem plura (ſi poſſem) libenter ſcriberem, ſed quæ ad mores eius, & vitam attinent, omnia temporis longinquitate obſcurauit obliuio. Illud tantum inter omnes conſtat auctores, qui eius meminerint, Ocellum genere fuiſſe Lucanum: ex qua verò Lucaniæ ciuitate ortum habuerit, nullibi ſcriptum vidi. Nam Lucania Italiæ regio, quæ nunc Baſilicata, & Principatus, nuncupatur, pluri-

plurimis,& maximis vrbibus ſemper floruit, & temporibus noſtris etiã floret,inter Thyrrenum, Siculúmque litus, (vt Strabo aſſerit) poſita,à Sylari fluuio vſque ad Laum extenſa, & à Metaponto ad Thurios cõtinentem verſus,& à Samnitibus vſque ad Iſthmum, qui eſt à Thuriis ad Cherillos porrecta,cuius quidem Iſthmi latitudo CCC ſunt ſtadia. In hãc Italiæ partem commigrarunt Ocelli maiores, qui exules ſub Laomedonte Rege à Troia Myrram Lycię ciuitatem longè antea(vt Platonis teſtimonio initio diximus)profecti ſũt. Aſpera quædam ferè tota, & montana Regio, vt qui eam viderunt, vno ore omnes renunciant. In hac ergo Prouincia natus eſt Ocellus,quamuis ipſe non ſolus, verum & complures alij,tum ibi,tum in aliis Italiæ locis,quorum ſcripti Græcæ cõſtant libri non ſine magna Italiæ noſtræ laude. Hos ego, cum Italus ſim, & Italiæ honori mirificè faueam, idque non immerito,colligere, & complecti breuiter conſtitui, (omiſſis tamen illis omnibus, qui eandem Latinè tantum ſcribẽtes illuſtrarunt)vt antiquus in literis Italiæ ſplendor, & dignitas, mea etiam induſtria, pauliſper appareat.

Quamuis igitur Arcades ſexaginta fermè annis ante bellum Troianum duce Euandro primi in Italiam nauigauerint,& Græcas literas cum inſtrumentis quibuſdam muſicis at-

tulerint, Pythagoras tamen primus omnium (siue Samius, siue Thyrrenus, vt nonnulli opinantur, fuerit) post diuturnas, easdémque varias peregrinationes in eam tandem venit Italiæ partem, quæ Magna Gręcia dicta est, illis quidem temporibus quibus L. Iunius Brutus Romam dominatu Regio liberauit. Hic sanctissimum Philosophiæ nomen reperit, ad quem confluebant, vt cum eo vitam agerent disciplinæ, & studiorum causa Lucani, Picentini, Messapij, Romani. Quo factum est vt ipse veluti nostras, aut Italiæ incola Italicam Philosophiam, quemadmodum Ionicam Thales Milesius instituerit. Vnde postea in cõsuetudinem ventum sit, eandem Philosophiam Italicam, & Pythagoream, eosdémque Italicos, & Pythagoreos Philosophos nũcupare. Quod sanè & secundo de Cælo, vbi agit de terra, & primo Meteor. cap. de stellis Crinitis perspicuè demonstrat Aristoteles. Hic enim, τῶν δὲ Ἰταλικῶν τινὲς καὶ καλουμένων Πυθαγορείων ἕνα λέγουσιν αὐτὸν εἶναι τῶν πλανήτων ἄστρων: Illic verò, ἐναντίως οἱ περὶ τὴν Ἰταλίαν καλούμενοι Πυθαγόρειοι. Item & primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά· Μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία. τὰ μὲν πολλὰ τοῖς Πυθαγορείοις τούτους ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ ἴδια παρὰ τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν.

Quo autem tempore floruerit Pythagoras, Plinius noster ciuis sic prodidit libro secundo Na-

do Naturalis Historiæ: *Veneris stellæ naturam Pythagoras Samius primus deprehendit Olympiade circiter* XLII. *qui fuit annus nostræ Vrbis* CXLII. Eundem tamen LX. Olympiade ætatem egisse Laertius: post vero quinquagesimã Pythagorã in Italia docuisse, Dionysius Halicarnasseus tradunt.

Eiusdem Pythagoræ (vt testatur Lucianus, cuius verba antea retuli) Ocellus Lucanus auditor fuit. Sed magnus Syrianus Eccelli librũ de vniuersi Natura, quem ego tamen eundem esse Ocellum existimo, adducit in commentariis suis in XIII. Metaphys. volumen.

Archytas quoque Tarentinus (vt idem Lucianus asserit) audiuit Pythagoram, eiúsque familiaris fuit, cuius vna tantum extat ad Platonem Epistola, in qua Ocelli meminit, atque eiusdem libros quosdam enumerat. Platonis vero ad Archytam tres, quarum vnam ex Laertio recitaui. Archytæ in geometria discipulus fuit Eudoxus Gnidius, quem etiam de Sapientia librum scripsisse nonnulli autumant, ac rerum vniuersitatem decem Categoriarum numero fuisse complexum; quem postea hac in re secutus sit Aristoteles, auctor est Simplicius. Est autem Tarentum, vnde Tarentinus ducitur, Calabriæ ciuitas, ad quam cognoscẽdi Archytæ gratia Plato se contulit: vt quinto de Finibus, & primo Tusculanarum autumat Cicero.

Timæus Locrus vir in Philosophia clarus & nobilis nostràs fuit, de quo Plato in suo eiusdem nominis Dialogo: Τίμαιός τε γὰρ (inquit) ὅδε εὐνομωτάτης ὢν πόλεως τῆς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Λοκρίδος οὐσίᾳ καὶ γένει οὐδενὸς ὕστερος ὢν τῶν ἐκεῖ, τὰς μεγίστας μὲν ἀρχάς τε, καὶ τιμὰς ἐν τῇ πόλει μετακεχείρισται. φιλοσοφίαν δ' αὖ κατ' ἐμὴν δόξαν ἐπ' ἄκρον ἁπάσης ἐλήλυθεν. *Timæus quidẽ ex Locride Italiæ vrbe optimis instituta legibus ortum habuit, nulli suorum ciuium nec diuitiis nec nobilitate generis secundus: qui vt ibi maximos magistratus, & honores adeptus est, sic (vt mea fert sententia) ad summum totius philosophiæ fastigiũ peruenit.* Hic libellum de anima Mundi, & natura composuit, vnde multa sumpsit Plato, & in Timæum suum transtulit, quẽ ego iam Latinum feci, & Marcello Ceruino Cardinali optimo dicaui, qui post initum Pontificatum statim moriens, magnum sui Christianæ Reip. desiderium reliquit. Timæũ vt cognosceret, & audiret Plato, in Italiam profectus est, quãuis vtriusque tempora Macrobio non videantur congruere.

Alcmæon Crotoniata Pythagoræ discipulus habitus est, cuius mentionem facit Aristoteles libro primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά: ὃν περὶ τρόπον ἔοικε καὶ Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιάτης ὑπολαβεῖν, καὶ ἤτοι οὗτος παρ' ἐκείνων, ἢ ἐκεῖνοι παρὰ τούτου παρέλαβον τὸν λόγον τοῦτον· καὶ γὰρ ἐγένετο τὴν ἡλικίαν Ἀλκμαίων ἔτι γέροντι Πυθαγόρᾳ. id est:

Quemad-

Quemadmodum visus est sentire Alcmæon Crotoniata, siue quòd ipse ab illis, siue illi ab ipso hanc rationem acceperint. Nam Alcmæon vnà cum Pythagora iam sene ætatem egit. Hic (vt affirmat Cicero) Soli, Lunæ, & syderibus diuinitatem dedit. Alcmæonis nomen reperitur frequens in libris Aristotelis, tum de historia, tum de ortu Animalium. An vero fuerit hic ille Alcmæon, qui capras spirare per aures, prodidit, atque ob id primo de Historia Animal. irrisus est, nõ satis cõstat, cũ ibi nulla Alcmæonis patrię fiat mẽtio. Illud curiosi ignorare nullo modo debẽt, hãc de caprarũ spiritu opinionẽ Archelao, nõ Alcmæoni Pliniũ nostrũ tribuisse.

Parmenidem pariter fuisse Pythagoreum ex Elea Lucaniæ ciuitate auctor est Strabo libro VI. Geographię, quamuis habitum Xenophanis discipulum primo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Aristoteles asserat. Huius nomine suum de Ideis dialogum inscripsit Plato, in quo Parmenidem disputantem facit, & ita exprimit: Τὸν μὲν Παρμενίδην εὖ μάλα ἤδη πρεσβύτερον εἶναι σφόδρα πολιὸν, καλὸν τε, κἀγαθὸν τὴν ὄψιν, περὶ ἔτη μάλιστα πέντε καὶ ἑξήκοντα. *Parmenidem admodum senem, & valde canum, & pulcherrimo aspectu, quique annum ferè quintum & sexagesimum ageret.* Hunc ipsum, veluti qui omnia esse vnũ opinari visus sit, acriter vexat Aristoteles libro primo de Naturali Auditione, vbi Simplicius Eleatem nominat Parmenidem.

Ex eadem Elea ortus est Zeno (vt ibidem

affirmat Strabo) Parmenidis auditor, de quo ſic Plato in Parmenide: Ζήνωνα δὲ ἐγγὺς ἐτῶν τεσσαράκοντα τότε εἶναι, εὐμήκη δὲ, καὶ χαρίεντα ἰδεῖν· καὶ λέγεσθαι αὐτὸν παιδικὰ Παρμενίδου γεγονέναι. *Zenonem eo tempore annorum ferè quadraginta, procera ſtatura, & iucundo aſpectu, quem etiam fuiſſe Parmenidis delitias aiebant.* Hic, vt in Sophiſta ſcriptum reliquit Ariſtoteles, Dialecticæ inuentor fuit, quam cum à Rhetorica diſtingueret, hanc quidem palmę, Dialecticam vero pugno ſimilem eſſe dicebat. Idem Eleæ mori in tormẽtis coactus eſt, cum omnia perpeti maluiſſet, quam conſcios delendæ Tyrannidis prodere.

Eleatem quoque fuiſſe Leucippum nõnulli (vt tradit Laertius) ſunt opinati, ac Zenonem ciuem ſuum audiuiſſe. Non deſunt tamen, qui eundem dicãt fuiſſe Mileſium, vt primo Phyſicor. teſtatur Simplicius.

Extitit & alius Eleates & philoſophus, & orator nomine Alcidamas, quem à Platone appellatum fuiſſe Palamedem libro III. ſuarũ inſtitutionum Quintilianus aſſerit. Suidas tamen Alcidamanta fuiſſe Eleum, ab Elea Aſiæ ciuitate, nõ ab Elea, quæ eſt in Italia, dictũ exiſtimat. Ita enim ſcribit: Ἀλκιδάμας ἀπὸ Ἐλέας τῆς Ἀσίας φιλόσοφος Διοκλέους υἱὸς μουσικὰ γεγραφότος, μαθητὴς τοῦ Γοργίου Λεοντίνου.

De Elea Lucaniæ vrbe, à qua Eleates deducitur, ſic Latinè loquẽs Strabo, vbi agit de Lucania: *Alius itẽ flectenti cõtiguus ſinus offertur, vbi*

vrbs

vrbs ab ædificatoribus Phocensibus Hyela nominata est, cum eam quidam Helam à fonte quodam nominauerint. Nostra vero ætas Eleam dicit, de qua Parmenides, atque Zeno duxerunt originem Pythagoricæ sectæ viri. Eam per illos prioribus annis legibus, & institutis bene formatam fuisse arbitror. Hæc Strabo.

Claruerunt hi duo philosophi Olympiade LXXXI. quo tempore Romani legatos Athenas miserunt, qui inclytas leges Solonis describerent, & aliarum Græciæ ciuitatũ instituta, mores, iuráque noscerent, ex quibus postea XII. tabularum leges natæ sunt.

Philolaus Crotoniata Pythagora vsus preceptore in philosophia multum profecit. Hic librum composuit, quem (vt ait Hermippus) emit Plato à Philolai sanguineis argenti minis Alexandrinis XL. in Siciliam ad Dionysiũ accedens, ex quo Timæum transcripsit. Quod quidem factum, Adame, ex Laertio hilari animo, ac libenter excerpsi, & huic meæ ad te epistolæ inserere volui, quod illius commemoratio non parum gloriæ, & laudis nostræ Italiæ afferre videatur.

Fuit & alter Philolaus, & Euritus, ambo Pythagorei, non Crotoniatæ, sed Tarẽtini, quorum Xenophilus Chalcidensis Thracius, Plãtõ, Echecrates, & Diocles, & Polymnastus omnes Phliasii fuerunt auditores. De vtroque Laertius in vita Pythagoræ: Ipassus similiter Pythagoreus ex Metaponto vrbe in sinu Ta-

rentino posita originem habuit, qui (vt Democriti testimonio Laertius autumat) nullã prorsus scripsit literam: tametsi primo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Aristoteles dixerit Ipassi Metapontini opinionẽ fuisse ignẽ esse rerũ omniũ initium.

Asto Crotoniata arcanum quendam composuit sermonem, de quo Laertius. Scripsisse item dicitur & alia multa, quæ tamen Pythagoræ tanquam auctori tributa sunt.

Lysis Tarentinus audiuit Pythagoram, de quo scripsit ad Hipparchum. Eius meminit Laertius. Thebani Epaminõdę pręceptor fuit.

Ex Crotone ciuitate ortus est quidam poëta nomine Orpheus, Pisistrato Tyranno familiaris, quem scripsisse Decaeteriam, Argonautica, & alia quędam libro VI. Grammaticorũ Asclepiades tradit. De eo ita Suidas, Ὀρφεὺς Κροτωνιάτης, ἐποποιὸς, ὃν Πεισιστράτῳ συνεῖναι τῷ τυράννῳ, Ἀσκληπιάδης φησὶν ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν Γραμματικῶν. δεκαετηρίαν, Ἀργοναυτικὰ, καὶ ἄλλα τινά.

Ex Tarento quoque originem duxit Heraclides medicus, qui (vt testatur Celsus) cum aliquibus non mediocribus viris ex ipsa professione se Empiricum appellauit. Hunc in libro de compositione medicamentorum per genera magnopere laudat Galenus; vt eum qui fide dignus sit, & sola ipsius experimẽtis probata commemoret. Eo in loco eiusdem adducit libros vnum ad Astiodamantem, & Antiochidem, alterum quem στρατιώτην. i. militem nuncupauit. Heraclidis item Tarentini sym-

posium citat Atheneus vbi σίκυον Grece, Latine cucumerem vocat ἡδύγαιον, quod in dulci oriatur solo.

Extitit & Apollodorus Tarentinus de quo Plinius libro primo.

Annibalis res gestas historię Græce mãdauit Eumachius Neapolitanus, vt idem Athenæus auctor est.

Cleomenis Rhegini epistolam ad Alexandrum, & dithyrambos eiusdem ex Meleagro inscripta fabula refert Athenæus.

Illud quoque ad hanc rationem maxime pertinet, quod in libro de philosophica historia scribit Galenus: (si modo illud opus Galeni legitimum est) duo fuisse philosophorum genera, alterum Ionium, alterum Italicum, quorum, huius quidem quod Crotone, & Tarento floruit, Pythagoras: illius vero, quod Eleæ Xenophanes Colophonius princeps fuit.

Extiterunt & duo legislatores celeberrimi, atque notissimi Zaleucus, & Charondas, quos in Italia fuisse à Pythagora institutos affirmat Laertius, in eiusdẽ vita, cuius hæc sunt verba: Ἄλλους τε κατ' Ἰταλίαν ἀπεργάσασθαι καλούς, καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ Ζάλευκον, καὶ Χαρώνδαν νομοθέτας. Horum autẽ duorum Zaleuci quidem patriam reticuit Aristoteles, eundem tamen Locrensibus qui ad occidentem vergunt tulisse leges asseruit. Charondam vero ex Catana Siciliæ ciuitate ortum suis leges scripsisse ciuibus. Sic enim ille ait libro Politicorum

Secundo: Νομοθέται δ' ἐγένοντο Ζάλευκος Λοκροῖς τοῖς ἐπὶ Ζεφυρίοις, καὶ Χαρώνδας ὁ Καταναῖος τοῖς αὐτοῦ πολίταις, καὶ ταῖς ἄλλαις Χαλκιδικαῖς πόλεσι ταῖς περὶ Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν. Sed non parum me torquet, quod VI. Valerij Max. libro legatur Zaleucum quidem Locrum, sed Charondam fuisse Tyrium. Cui dubitationi satisfacere me posse planè diffido; cum Valerius ab Aristotele (si vterque de eodem loquatur Charōda) nimis aperte dissentiat. Nisi dixerim aut mēdum occupasse Valerij codicem, aut duos Charondas extitisse. At Plato libro X. de legibus, Charondam neque Italum neque Siculū fuisse dicit, laudari tamen, atque extolli, quòd ambobus illis populis leges dederit: nam sic scribit; Χαρώνδαν μὲν γὰρ Ἰταλία, καὶ Σικελία, καὶ ἡμεῖς Σόλωνα· σὲ δὲ τίς ἔξει τινὰ εἰπεῖν; id est, *nam Charondam Italia, & Sicilia, nos Solonem: te vero quem nam quis esse dixerit?* Præterea Zaleucū legibus instituisse non Locros (vt Aristoteles, & Cicero) sed Thurios Italiæ populos his verbis prodidit Athenæus Dipnosoph. libro XI. Καὶ τοι ἔδει καθάπερ τὸν Λυκοῦργον τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τὸν Σόλωνα τοὺς Ἀθηναίους καὶ τὸν Ζάλευκον τοὺς Θουρίους καὶ αὐτόν, εἴπερ ἦσαν χρήσιμοι νόμοι, πεῖσαί τινας τῶν Ἑλλήνων αὐτοῖς χρήσασθαι. *Atqui opus erat quemadmodum Lacedæmoniis Lycurgus, Solo Athenienſibus, & Zaleucus thuriis si vtiles erant leges, persuasisset quibusdam Græcis, vt eas seruarent.* Huic quoque loco illud addi possit ex Ciceronis libro de Legibus deprom-

deprõptum, Platonẽ, Zaleucũ, & Charondã legislatores imitatũ, quod legis putauit esse persuadere aliquid nõ omnia vi, aut minis cogere.

Diocles Peripathius primus ab vrbe condita Græcam confecit historiam, quem vt in Romulo testatur Plutarchus, imitatus est.

Fabius Pictor, scriptorũ (vt ait Liuius) antiquissimus, cuius Annales à Cicerone & Plinio commemorantur sępius. Hũc Gręce scripsisse, quamuis Romanus vir, ex Ciceronis verbis, quæ posita sunt lib. primo de Diuinatione satis apparet. *Sunt* (inquit) *& hæc vt dixi somnia fabularum, hisque adiungatur etiam Aeneæ somnium, quod in numerũ Fabij Pictoris Græcis Annalibus eiusmodi est, vt omnia quæ ab Aenea gesta sunt, quæque illi acciderunt, ea fuerint, quæ ei secundum quietem visa sunt.* Hæc Cicero. Hoc idem asserit Dionysius Halicarnasseus libro suæ historiæ primo, sic Latine loquens; Nec absimiles historias ediderunt, quotquot Romani homines vrbis suę res antiquas Gręco sermone scripserunt, quorum vetustissimi Quintus Fabius, & L. Cintius, ambo æquales bellis Punicis. Horum vterque ea quibus ipse interfuit, vt probè sibi cognita, diligẽter mãdauit literis. Verum Quintum Fabium, cuius meminit Halicarnasseus, non posse alium esse, quàm Pictorẽ ex eo constat, quòd illum paulo post adducit, & Pictorem nominat; tum etiam quòd ipse post Cannensem pugnam, vt affirmat Liuius, Delphos ad oraculũ missus est sci-

ſcitatũ, quibus precibus ſupplices Deos poſsẽt placare, & quænam futura finis tãtis cladibus foret. Perſpicuũ igitur eſt Fabiũ Pictorẽ Grȩce ſcripſiſſe. Viget tamen libellus Latinus de aureo ſeculo, qui eidem aſcribitur Pictori, in duas diſtributus partes. Referuntur etiam ab A. Gellio nonnulla Latina eiuſdem Fabij loca. Quo factum eſt, vt aliqui noſtrates fuerint ſuſpicati duos fuiſſe Fabios Pictores, quorũ alter Græco, alter Latino ſermone in ſcribendo vſus ſit. Crediderim ego potius vnum tantum eius cognominis Fabium, qui vtraque lingua & loqui, & ſcribere probè nouerit, iuris, & omnis antiquitatis peritiſsimus. Nam vni tantum vulgatũ eſt nobiliſsimo viro ſummȩ laudi datum fuiſſe, quod ædem ſalutis, (vt autumat Plinius) pinxerit, atque inde nomẽ Pictoris habuerit anno vrbis CCCCL. quæ pictura durauit vſq; ad Claudij principatũ ȩde exuſta.

Plinius ſimiliter ciuis noſter Italos enumerans auctores, per quos in contexẽdis naturalis hiſtorię libris ipſe profecerat, L. Aruncium de Aſtris, Sextium Nigrum, & Iulium Baſſum de Medicinis Græce ſcripſiſſe prodidit.

C. Alcidius Græcam ſcripſit hiſtoriam, vt tertio Officiorum teſtatur Cicero, cuius etiã Plutarchus meminit in Romulo.

Scripſit poſtea Cicero Græca ſui conſulatus cõmentaria, vt ipſemet fatetur lib. Epiſtolarũ ſecundo ad Atticum, quem ferunt etiã Græcã ex tempore habuiſſe orationem, quam admi-

ratus Apollonius Alabandẽſis Molonis filius, Ciceronis Cæſaríſque præceptor exclamaſſe dicitur ſe Græcorum fortunæ miſereri, quòd eloquentię ornamenta, quę eis ſola relicta eſſent, homo Romanus ſibi vendicaret.

Scripſerunt & alij Romani ciues eadẽ lingua, vt Africanus Scipio, & T. Graccus. P. F. cuius oratio Græca tẽporibus Ciceronis erat apud Rhodios.

Præterea & A. Albinus Græcã compoſuit hiſtoriam, vir literatus & diſertus, qui cum L. Lucullo conſul fuit.

Extant etiam nonnulla (vt in libris Digeſtorum ſatis apparet) veterum Iuriſconſultorũ reſponſa, præſertim Herennij Modeſtini & Imperatorum reſcripta, quæ Græco ſermone fuerunt edita.

Verum quoniam Sicilia Italiæ coniuncta quondam fuit, & vna eius habebatur pars, idcirco Siculos eoſdem, quos Italos eſſe cenſendum eſt: nam & eiuſdem vernaculæ linguæ commercio, & morum ſimilitudine maxime conueniunt. Quapropter ſi huius inſulæ homines in literarũ ſtudiis eximios, qui Græce aliquando ſcripſerint, Italis noſtris admiſceã, profectò rem me facturum arbitror, qua quidẽ augeri Italiæ dignitatẽ omnes intelligant.

Atque vt ab Empedocle incipiam: Hic fuit Agrigentinus ex Agrigẽto, ſiue Agraga (vtroque enim modo dicitur,) nobiliſſima Siciliæ ciuitate. Idẽ (vt ait Cicero) poeta, & phyſicus,

sed physicus potius quã poeta Aristotelis iudicio nũcupandus, quẽ fuisse Pythagoræ discipulũ in sua historia Timæus prodidit, quãuis alij dicant Parmenidis, & ab eo mirifice adamatum. Huius cõplura apud Aristotelẽ legũtur carmina, quẽ inuenisse artẽ Rhetoricam, referẽte Laertio, Aristoteles in Sophista scriptum reliquit. Lustrasse autẽ terrarum orbem, vt magiã disceret, tradit noster Plinius, de cuius morte Horatius in Poetica.

Excelluerunt quoque duo summi oratores genere Siculi, Corax, & Tisias, qui artẽ dicẽdi & eius præcepta primi conscripserunt. Hãc autem rem ab Aristotele literis commissam in Bruto repetit Cicero. Plato in Phædro Tisiã, & Gorgiam simul nominat. De eisdem Quintilianus libro tertio, *Artium* (inquit) *scriptores antiquißimi Corax, & Tisias, quos insecutus est vir eiusdem insulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis vt traditur, discipulus.*

Numeratur inter Siculos doctrina prẹditos Nicetas, vel (vt ipsum appellat Laertius) Icetas patria Syracusanus, quẽ quidẽ primũ putasse terrã immobili manẽte cẹlo in orbẽ ferri nõnulli tradiderunt. De hoc ita in Academ. Cicero: *Nicetas Syracusius (vt ait Theophrastus) Cælum, Solẽ, Lunam, Stellas, superáq; omnia stare censet: atque præter terrã rẽ nullã moueri, quæ circa axẽ se summa celeritate cõuertat, & torqueat, eadẽq. effici omnia, quæ si stãte terra moueretur* Atq; hoc etiã Platonẽ dixisse, sed paulo obscurius.

Syracuſanus pariter fuit Monimus Diogenis diſcipulus; cuius (vt teſtatur Laertius) meminit Menander.

Fuit item Nymphodorus Syracuſanus, quē περὶ τῆς τῆς Ἀσίας περίπλων, καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ θαυμαζομένων ſcripſiſſe Athenęus prodidit. Idē Athenæus Alcimi Siculi adducit librum, qui inſcriptus eſt Italicus.

Extitit etiā Siculus Andreas Panormita, qui, auctore Athenæo, Σικελικὰ τὰ κατὰ πόλιν monumētis mādauit. An vero hic fuerit Andreas ille Medicus, cuius toties & Celſus, & Plinius, & Galen⁹, mētionē faciūt, incertū apud me eſt.

Siciliam quoq; inſulam maxime illuſtrauit Diodorus natus in Agyra vrbe: cuius auctoritate vtitur Athenæus, tum ex libro ad Lycophronē, tum ex Italicis linguis, & ex Bibliotheca quæ eſt Romana hiſtoria. Floruit Cæſaris Auguſti temporibus.

Philiſtus item Syracuſanus fuit, qui in conſcribenda hiſtoria ocium conſumpſit, Thucydidem maxime (vt ſecundo de Oratore Cicero opinatur) imitatus, cuius etiam meminerunt Dionyſius Halicarnaſſeus & Plutarchus. Eiuſdem libros enumerat Suidas.

Extitere duo Heraclidæ patria Syracuſani, quorum vterq; (Athenęus refert) περὶ τῶν ὀψαρτυτικῶν, ſed alter etiā περὶ τῶν θεσμῶν pertractarūt.

Habitus eſt etiam Siculus quidā poeta nomine Orpheus ex oppido Camerino, cuius dicunt eſſe ad inferos deſcenſum, de quo ita

Suidas: Ὀρφεὺς Καμαριναῖος, ἐποποιός, ὅν φασιν εἶναι τὴν εἰς ᾅδου καταβάσιν.

Ex vrbe Syracuſana originem duxit etiam Theocritus poeta ille, quem in Bucolicis ſecutus eſt Virgilius, longo tamen interuallo. Non deſunt qui dicant eundem fuiſſe Coum, atque ex Coo Syracuſas commigraſſe.

Syracuſis pariter ortus eſt Archimedes mathematicus: de cuius ingenio, & morte Liuius, Plinius & Plutarchus, item de eius ſepulchro libro quinto Tuſcul. Cicero.

De alio poëta Syracuſano Theodorida nomine, ſic lib. vlt. Dipnoſoph. ſcribit Atheneus: Θεοδωρίδας γοῦν ὁ Συρακούσιος ἐν Κενταύροις διθυράμβῳ φησί, πίσσα δ' ὑπὸ τραβίαν ἔστακεν. hoc eſt, itaq; Syracuſius Theodoridas in Cẽtauris hoc vtitur dithyrãbo: *Pix ſub querno ligno ſtillabat.*

Præterea Theognis Poëta Elegus patriam habuit Megarã Siciliȩ ciuitatẽ, de quo Plato lib. I. de Legibus: Ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς ἔχομεν μάρτυρα Θέογνιν πολίτην τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ Μεγαρέων. Idẽ in Memnone, & Ariſtot. lib. 9. de Morib. Athen. quoq; lib. 6. ὡς καὶ ὁ Μεγαρεὺς Θέογνις ἐν ταῖς ἐλεγίαις, quarũ multæ nũc habẽtur vulgo.

Ex Leontio ſimiliter Siciliæ vrbe ortus eſt Gorgias orator præſtantiſſimus, Iſocratis doctor, & diſcipulus Empedoclis, vt in Catone Maiore affirmat Cicero. Qui de eodem pluribus aliis in locis, ſed potiſſimum in Oratore, vbi Gorgiã dicit fuiſſe λογοδαίδαλον, ſumpto illo ex Phædro Platonis vocabulo, quod ſanè libro

libro tertio, Plato quoque qui Gorgiæ nomine ſuum de Rhetorica dialogum inſcripſit, in Apologia & in Memnone eiuſdem meminit, quem hominum primum auream ſtatuã, & ſolidam Delphis in tẽplo ſibi poſuiſſe LXX. circiter Olympiade, noſter teſtatur Plinius.

Extitit & alius Timæus natione Siculus, à quo ſe adiutum fuiſſe in Naturali Hiſtoria fatetur Plinius primo libro. De eodem pleruneque Dionyſius Halicarnaſſeus.

Ortum item habuit ex Meſſana Siciliæ ciuitate Euhemerus antiquus auctor, qui (vt ſcribit Lactantius) res geſtas Iouis, & cęterorum, qui putantur Dij, collegit, hiſtoriámque contexuit ex titulis, & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis templis habebãtur, maximéque in phano Iouis triphylij, vbi auream columnam poſitam eſſe ab ipſo Ioue titulus indicat, in qua columna geſta ſua perſcripſit, vt monumenta eſſent poſteris rerum ſuarum. Hũc Euhemerum interpretatus & ſecutus eſt præter ceteros Ennius, vt primo de Natura Deorum teſtatur Cicero. De hoc eodem alij Latini ſcriptores, vt Varro, & Auguſtinus, & Seruius meminerunt. Ex Græcis Sextus Empiricus, & Theodoritus Thirenſis, qui quod ipſe veram de Dijs ſcripſerit hiſtoriam, eorũ mortes & ſepulturas demonſtrando, ἄθεον καὶ γέροντα ἀλάζονα nuncuparunt.

Poſtremo Siculus etiam fuit Epicharmus, ciuis Syracuſanus, poëta Comicus, vt in Thea-

ge existimat Plato, de quo Cicero primo Tuscul. & tertio Epistolarũ ad Q. Fratrem. Epicharmi ἐποικοδόμησιν, id est exaggerationem (vt vertit Gaza, quamuis Soritem, & Aceruatem interpretari possimus, quod est argumẽtandi genus) Aristoteles commemorat, & primo lib. de Ortu Animal. & primo Rhetoric. De hoc eodem Laertius in Platonis vita. Citat Athenæus complures Epicharmi libros.

Illud silentio non prætereundum, quod ad nostrum institutum attinere videtur, Herodotum Halicarnasseum, quamuis tam in Asia sua quàm in terra Græcia plura quidẽ opportuna & commoda reperirentur loca, in quibus suam potuisset historiam contexere, Thurios tamen Italiæ oppidum inter Cratim & Sybarim (vt noster ait Plinius) sibi elegisse, vbi cõfecto diuino opere patris historiæ nomẽ vindicaret. Quandoquidem non ignorabat eam esse Italiæ naturam, (siue id cæli temperatione proueniat, siue quòd hoc propriũ ei munus dederit Deus:) vt nõ modo acuta & perspicacia semper gignat ingenia, verum & quę ex aliis Europæ regionibus ad seipsam accedant incolẽdam, ea & magis eximia atque præstantia reddere soleat.

Id denique libet adiungere, Flauium Philostratum duos nominare Sophistas genere Italos, Ælianum Romanum, & Aspasium Rauennatem, qui sua animi sensa literis mãdantes, Græca oratione vsi sunt.

At

At Galli forte linguã Græcam ſuam quoq. eſſe contendant, propterea quòd Maſſiliæ iam Græca ſtudia & literæ viguerint. Quaſi vero Gallia tantam hominum copiam qui Græce ſcripſerint, artes & diſciplinas inuenerint, à quibus ſummi Græciæ viri multa accipere, & docere non erubuerint, quãtam Italia in mediũ poſſit afferre. Vix vnũ habuit eundémque Sophiſtam (vt Philoſtratus aſſerit) Phauorinũ, cuius toties mentionẽ facit Gellius, qui ortus Arelate, quæ eſt Galliæ Narbonenſis ciuitas, Cæſarum Traiani & Adriani tẽporibus illuſtri laude celebratus eſt. De quo ſic Flauius Philoſtratus in libris Sophiſtarum: τὸν Φαβωρῖνον τὸν φιλόσοφον ἡ εὐγλωττία ἐν τοῖς σοφισταῖς ἐκήρυττεν. ἐκ μὲν γὰρ τῶν ἑσπερείων Γαλατῶν οὗτος Ἀρελάτου πόλεως ἡ ἐπὶ Ῥοδανῷ ᾤκισται.

Hos tibi clariſſimos viros, Adame, quorum monumẽtis in magno honore iam habita eſt & nũc habetur Italia, hac mea ad te epiſtola enumerare volui, vt ſi quando Germanis, Hiſpanis, Gallis, legere hęc noſtra, cõtigerit; ij (tametſi noſtris tẽporibus magnos in literis feciſſe progreſſus ſibi ipſis viſi ſũt) ſeſe tamẽ iactare & gloriari paulum deſinant, & nos Italos præ ſe nolint contemnere. Tot enim, & tam multos eruditos viros omnibus ſæculis tulit, ac nunc etiã fert continenter Italia, vt Europa vniuerſa ad omnem animi excellentiam Italiæ ope & auxilio egere videatur.

Quapropter non poſſum complures noſtrę

ætatis præſtantiſſimos homines eoſdémq; Italos nō incuſare, qui cum Græcā & Latinam habeamus linguā, quæ quidē noſtræ propriæque ſunt, iis tamen poſthabitis in Etruſco ſermone totam ætatem inutiliter conterunt: nec illis venit in mentē, hunc ipſum fuiſſe tūc exortū, cum in Italiā infuſa peregrinitas Latini ſermonis dignitatē & decorē corrupit deprauaúitque. in qua quidē verborū colluuie tres excellucre noſtrates viri, Dāthes, Petrarcha, & Boccatius, non, meo tamen iudicio, tā abſoluti atq; perfecti vt nō aliquid eis vitio verti poſſit. Nā à Dāthe poſtulari verba magis ſplēdida, & ornata: In Petrarcha res & ſentētias verbis ſubiectas requiri: Maiorem in Boccatio deſiderari prudentiā ſatis apparet. Sed non eſt noſtros hic reprehendendi locus.

Reſtat igitur, mi Adame, vt quando noſtra Italia merito vtriuſque linguę parēs atque altrix dici poteſt, in eis & loquendo & ſcribēdo cōtinēter verſemur; Etruſcū vero ſermonē effugiamus tāquam ſcopulū, atque ex doctorum hominū conuentibus explodamus, nec eo nobis vllo modo vti liceat, niſi cū agere cū imperitorū vulgo neceſſe fuerit. Quod ſanè ſi facere neglexerimus, vereor equidē ne noſtra Italia, quæ nunc in augēda & honeſtanda Thuſca lingua magis quàm par ſit, occupata eſt, fœda & intolerāda barbarie omnes Europæ nationes tandem ſit ſuperatura. Vale.

FINIS.

UB Mannheim
DFG

UB Mannheim DFG

UB Mannheim

UB Mannheim

UB Mannheim
DFG

UB Mannheim
DFG